Iohannes Ep̄s ſeruus ſeruorū dei Dilectis filijs abbati ciſtercij/eiuſqꝫ coabbatib⁹ ⁊ cōuentib⁹ vniuerſis ciſterciēn ordinis. Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Religionis veſtre meret honeſtas vt vos ſpeciali diligētes in dño caritate pſequamur gratia ſedis aplice ⁊ fauore. Sane tenuitatē veſtrorū reddituū ⁊ puentuū ſollicite attēdētes/ac p hoc volentes alicui⁹ releuatiōis ſolatio vos gaudere adinſtar felicis recordationis Alexandri pape. iiij. pdeceſſoris noſtri vobis auctoritate pſentiū indulgem⁹/vt ad pſtationē aliquarū collectarū/ſubſidiorū ⁊ aliarū exactionū imponēdarū vobis ⁊ domib⁹ vr̄is a ſede aplica ſeu legatis eiuſdē/aut ipſorū auctoritate ⁊ mādato nō teneamini p litteras ipſi⁹ ſedis ſeu legatorū ei⁹ que plenā ⁊ expſſam de indulgētia hmōi ⁊ ordine veſtro nō fecerint mentionē/etiā ſi cōtineat in eiſdē litteris qꝫ id quod p eas mandat fiat aliqua indulgentia nō obſtante. Nos enī excōis/ſuſpenſionis/⁊ interdicti ſentētias ſi quas occaſione pdictorū in vos cōmuniter vel aliquos veſtrū ab aliquo pmulgari cōtigerit decernim⁹ nō tenere. Nulli ergo omnino

hoīm liceat hanc paginā noſtre ꝯceſſionis ⁊ ꝯſtitutiōis infrin-
gere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemp-
tare pſumpſerit/indignationē oipotētis dei/ac beatoꝝ Petri
⁊ Pauli apſtoꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Auinioñ. Id⁹
Auguſti. Pōtificat⁹ noſtri Anno quartodecimo.

Eiuſdē. Qꝫ poſſum⁹ celebrare diuina of-
ficia alta voce in monaſterijs noſtris tpe
interdicti generalis /ianuis clauſis/ extra
neis nō admiſſis. Nō obſtañ cōſtitutioni
bus dñoꝝ bo. viij. ⁊ cle. v. ſummoꝝ pon
tificum. ⁊c̄.

Iohannes Epūs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs abbati ci
ſtercij/ceteriſqꝫ coabbatib⁹ ⁊ vniuerſis cōuen-
tibus ciſtercieñ ordinis. Salutē ⁊ aplicam be-
nedictionē. Inter ceteros regulariū ordinum
pfeſſores in dei eccleſia militātes illud ordini
veſtro ⁊ vobis ad ſpirituales laudes aſcribit/
quod pter alia p que virtutū dño gratū impē-
ditis holocauſtū libenter voces veſtras cū reuerentia ⁊ deuo-
tione debitis in diuinis celebrādis officijs exaltatis/ ſperātes
p hec vocum veſtrarū organa velut incēſiones gratas ipſi do-
mino placitura. Exhibita ſiquidē nobis veſtra petitio conti-
nebat quod cū generaliter monaſteria ⁊ loca veſtra ſint in de-
ſertis locis ⁊ ſolitudinarijs/ac a cetibus hominū ſegregata/vt
poſſitis liberius vacare diuinis/⁊ per exaltationē vocum ⁊ iu-
bilum cordiū deuotū impendere domino famulatū cū diuino
rum officioꝝ cultus ad maius nr̄m cedat ſolamen/ac maio-
rem refectionē veſtris pariat animab⁹/nec voces veſtre audi-
ri poſſint ab alijs in nemoribus ⁊ deſertis emiſſe. Nōnulli io-

mani pontifices predeceſſores noſtri pmiſſis in ſpecialem con
ſideratione adductis vobis ⁊ eidem ordini p ſpecialia priuile-
gia indulſerunt/ vt tēpore generalis interdicti liceret vobis in
monaſterijs ⁊ locis veſtris/ interdictis ⁊ excōmunicatis exclu-
ſis/ alta voce diuina officia celebrare. Cum autē per quaſdam
cōſtitutiones poſt dicta indulta a felicis recordationis Boni-
fatio. viij. ⁊ Clemēte. v. Romanis pontificib⁹ pdeceſſoribus no
ſtris editas huiuſmodi priuilegijs derogetur/ ⁊ pp̄ter hoc oporte
at vos in monaſterijs veſtris tēpore interdicti prefati diuino-
rū ſuſpendere organa/ ⁊ ab exaltatione vocū ⁊ iubilationibus
in diuinis decātandis laudibus abſtinere/ idq; ſicut aſſeritis
magnā vob turbationē adducat/ ⁊ nōnulli iuuenes dicti ordi-
nis efficiantur exinde circa diuina officia deſides ⁊ remiſſi. No-
bis hūiliter ſupplicaſtis vt puidere vobis ſup hoc p cōſolatio
ne veſtra de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur ob ſpi-
ritualium virtutū ſtudia quib⁹ feruenter inſiſtitis votis veſtris
que ſperandū eſt ex deuotiōis fonte pcedere fauorabiliter an
nuētes/ vris in hac parte ſupplicationib⁹ inclinati/ auctoritate
vobis pſentiū indulgem⁹/ vt ꝯſtitutiōib⁹ eorūdē Bonifatij et
Clemētis/ ſeu qualibet alia ſup hoc in ꝯtrariū editis/ nequaq̄
obſtantib⁹ liceat vobis in veſtris monaſterijs taliter ſegrega-
tis tēpore generalis interdicti/ ianuis clauſis ⁊ extraneis aliq̄-
bus non admiſſis/ alta voce diuina officia celebrare/ dūmodo
vos cauſam nō dederitis interdicto. Nulli ergo oīno hominū
liceat hanc paginā noſtre cōceſſionis infringere/ vel ei auſu te-
merario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare pſumpſerit/ in
dignationē omnipotētis dei/ ac beatorū Petri ⁊ Pauli apo-
rū eius ſe nouerit incurſurū. Datū Auinioni. kl. Martij. Pon
tificatus noſtri Anno decimo.

**Eiuſdē. Quō habemus. xx. dies indulgē
tiarū dicendo ad quamlibet miſſam pſ.
Letatus ſum. ⁊c.**

IOhannes Epꝯ ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs ciſterciēſi ⁊ alijs
abbatibus ac diffinitoribꝰ generalis capituli ciſter
cienſi ordinis ꝓxime celebrandi. Salutē ⁊ aplicā be-
nedictionē. Pro ſtatu totius eccleſie corporis my-
ſtici qui ꝓcurantibꝰ hoſte paciſcituſq; mēbris tur-
batur ſepiꝰ/ſicut ⁊ in p̄ſentiarū turbari noſcit̃ ad ca
put eius quod chriſtus eſt/cui turbatiōibus huiuſ-
modi finē daudi ſubeſt poſſe cum voluerit recurrētes/ quaſdā
ſpeciales orationes in miſſarū ſolēnijs fieri de conſilio fratrū
noſtrorū indulgentia ꝑ nos certa conceſſa ſuper hoc ordinaui-
mus ꝓut plenius continetur in litteris noſtris inde cōfectis/
quarū tenor ſequit̃ ſub hac forma. Johannes Epꝯ ſeruꝰ
ſeruorū dei. Ad ꝑpetuā rei memoriam/diſcipuloꝝ chriſti geſta
nos inſtruūt/vt in pelago huiꝰ mundi ꝓcella ſurgēte ad diui-
nū ꝯfugiū recurrere debeamꝰ/illi quidē cōmotiōe maris adeo
grādi facta vt fluctꝰ naviculā quā ieſum ſequētes intrauerant
operirēt ip̄m dormientē vocibꝰ excitarūt ſuplicibꝰ/⁊ aduerſus
ingruētis tēpeſtatis impetus ſalutis p̄ſidiū poſtularūt. Cum
itaq; catholicā eccleſiā que cōgregationē fideliū cōprehendit/
videamus/qđ dolētes referamus/pacis emuli zizaniarūq; ſa-
toris malicia ꝓcurāte diſcordiaꝝ flatibꝰ cōcitatā/earūq; fluc-
tus adeo eleuatos/qđ quaſi operiūt ip̄am totā/hereticos inſup
eccleſiā ip̄am cernimꝰ/ac ſciſmaticos īpugnare ferocit̃/ac vt in-
cōſutilē dn̄i tunicā ſcindāt multipliciter laborare/cū fratribus
nr̄is deliberatiōe p̄habita diligēti expediēs imo neceſſariū po-
tiꝰ extimamꝰ/vt ad illū q̄ ad dexterā patris reſidet in excelſis/
qui caput eſt cōgregatōis eiuſdē/cuiq; ptās oīs tā in celo q̄ȝ in
terra noſcit̃ tradita/eiq; venti ac maria obſecūdant/leuemꝰ cū
manibꝰ corda nr̄a/ip̄mq; deuot̄ pulſantes p̄cibꝰ apud eū ſedu
lis orōibꝰ inſiſtamꝰ/vt inſurgētes p̄miſſe fremitꝰ tēpeſtatis q̄
q̄ſi vniuſoꝝ chriſticolaꝝ regna ꝯcutit/ſubditos in dn̄os fidelita
tis violato fedē erigit/hereticis/ſciſmaticis/⁊ rebellibꝰ eccl̄ie ſcē
dei inſurgēdi cōtra ip̄am/eiuſq; iura vſurpādi inſania dānabi
li auſū pandit/faciatꝰ ceſſare fluctuſq; p̄dictos deſcēdere ſua faciat

omnipotẽti virtute/cordaqꝫ hereticoꝝ ſciſmaticoꝝ alioꝝqꝫ re
belliũ ad dei ⁊ eccleſie vnitatẽ ⁊ deuotionẽ inclinet ⁊ habiliter/
vel ſi forſan in p̄miſſis ꝑtinaciter intẽdãt ꝑſiſtere ipſoꝝ elidat
ſuperbiã/eorũqꝫ obſtinatã maliciã ſue virtute dextere cõterat
⁊ ꝓſternat/corda quoqꝫ ſubditoꝝ ad eorũ ſuꝑiores/ ac ipſorũ
ſuperiorũ cõuertat ad ſubditos/ipſoſqꝫ diſſidẽtes in cõcordie
vnitate cõciliet ⁊ cõfirmet/ſicqꝫ det ipſis ſuperioribꝰ p̄ſidere ꝙ
ſic regant vt dirigant/eorũqꝫ regimẽ cedat ſubditis ad ſalutẽ
ꝑpetuã quietẽ ⁊ pacem/nobiſqꝫ ip̄e cuiꝰ ꝓuidentia in ſui diſ-
poſitione nõ fallitur modos/⁊ vias aperiat ꝑ quos hec vt in
votis gerimus efficaciter ꝓmouere poſſimꝰ. Et qꝛ in miſſarũ
ſolẽnijs ad deũ cõſueuerunt preces effundi deuotiꝰ/de eorũdem
fratrũ cõſilio ordinamꝰ ꝙ in ſingulis miſſarũ celebrationibus
poſt dictũ a celebrãte pater noſter reſponſioneqꝫ ſecuta anteqꝫ
in miſſa vlteriꝰ ꝓcedat̃. Illud canticũ/Letatꝰ ſum in his que
dicta ſunt mihi/totũ cũ Gloria patri/a religioſis/clericis ⁊ alijs
litteratis p̄ſentibꝰ cũ deuotione dicat̃. Et poſt dicant̃ Kyriel̃.
Chriſteleyſon Kyriel̃. et Pater noſter. Et poſt iſti v̾ſiculi ſub-
ſequãtur. Dñe ſaluos fac reges. Exaudi nos in die qua inuo-
cauerimꝰ te. Saluũ fac ꝑplm tuũ ⁊ benedic hereditati tue. Re-
ge eos ⁊ extolle eos in eternũ. Fiat pax in virtute tua. Et abũ
dantia in turribꝰ tuis. Dñe exaudi orationẽ meam. Et clamor
meus ad te veniat. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Oratiões
vero. Eccleſie tue q̃ſumus dñe p̄ces benignus admitte/vt de-
ſtructis aduerſitatibꝰ ⁊ erroribꝰ vniuerſis ſecura tibi ſeruiat li
bertate. Et illã/Hoſtiũ noſtroꝝ queſumꝰ dñe elide ſuperbiam
eorũqꝫ cõtumaciã dextere tue virtute ꝓſterne. Per chriſtũ do
minũ noſtrũ/dicat celebrãs cõſequenter. Nos enĩ chriſtifide-
les ad exequendũ ſupradicta ꝓmtius donis volẽtes ſpiritua
libꝰ animare oĩbus vere penitentibꝰ ⁊ cõfeſſis/tam ipſis cele-
brantibꝰ ⁊ eis aſſiſtentibꝰ obſeruãtibus ſupradicta/q̃ alijs p̄-
ces tũc deo deuotas fundẽtibus ꝓ p̄miſſis diebus ⁊ miſſis ſin
gulis quibꝰ hec fecerint viginti dies de omnipotẽtis dei miſe-
ricordia/⁊ btõꝝ Petri ⁊ Pauli aplõꝝ eius auctoritate confiſi
de iniũctis ſibi penitẽtijs relaxamꝰ. Datum Auinion̄. xij. kl̃.

Julij. Pontificat⁹ noſtri Anno. xij. Ut aūt tam vtiles tamq̃ neceſſarie preces huiuſmodi locū exauditiōis votiue facili⁹ et vberius multiplicatis interceſſoribus obtineant apud deū di ſcretionē veſtrā monem⁹/hortamur ꝛ rogam⁹ attēte vobis in remiſſionē peccaminū/nihilomin⁹ iniūgētes quaten⁹ ꝯtenta in eiſdē litteris p vos ꝛ fratres eiuſdē ordinis in veſtris ſermonibus/tā in eccleſijs ꝛ locis veſtris q̃ alibi vbi vos vel ipos ꝓponere ꝯtigerit verbū dei eis nihilomin⁹ expoſitis vt meli⁹ intelligātur ab oībus in vulgari ſollēniter publicātes/oratiōes eaſdē in miſſis quas vos ꝛ eoſdē fratres celebrare cōtinget de cetero circūſtantib⁹ clero ꝛ ꝑplo deuoteq̃ ſimuliter orantib⁹ ſic ſolerter ꝛ fideliter iuxta p̄dictarū litterarū continētiā faciatis/ q̃ vos et ipſi p̄dictā indulgentiā valeatis cōſequi/ ꝛ alia retributionis eterne p̄mia ꝓmereri. Datū Auinioñ. kł. Julij. Pōtificatus noſtri Anno. xij.

Tabula ſup bulla reformationis dñi Benedicti pape. xij.

Ca. primū. Excellens cōmendatio ordinis ciſtercieñ/ maxime quantū ad vitā contēplatiuam.

Ca. ſecūdū. Q̄ quilibet cōuent⁹ ordinis habeat ꝓpriū ſigillū

Ca. tertiū. De forma iuramēti p quēlibet abbatē priuſq̃ adminiſtrationi ſe imiſceat ad ſancta dei euāgelia preſtandi.

Ca. quartū. De mō alienādi res imobiles/ vł iura aut diminuendi pēſiones/vel cenſus/ꝛ vendēdi arbores ſiluarū ceduarū.

Ca. quintū. Q̄ pecunia rei vendite nō cōuertatur ad aliquos vſus/niſi ad acquiſitionē vel debitorū ſolutionem/ ꝛ quō ſub quattuor ſeraturis ſeruari debet.

Ca. ſextū. De cōceſſionib⁹ ꝛ locationibus iuriū ꝛ redditū nō faciendis vltra quinquēnū.

Ca. ſeptimū. Quō poſſeſſiones parue ꝛ ſteriles poſſunt dari ſub annuo cenſu pecuniario.

Ca. octauū. De forma p quā mutuū cōtrahi/ꝛ nō cōtrahi pōt/

47

xlvij

⁊ ꝙ abbas in remotis agens non pōt accipere in mutuū vltra centū libras turoñ.

Ca.nonū. Q᷑ in ſigillo abbatis debet eſſe nomē ꝓprium / ⁊ in contractibus cum conſenſu conuentus factis apponant̄ ſigilla abbatis ⁊ conuentus.

Ca.decimū· De iuramēto officiarioꝝ monaſterioꝝ q̄ inter cetera iurant / ꝙ de receptis ⁊ expēſi fidelem compotū faciant.

Ca.vndecimū. Q᷑ in quolibet monaſterio ꝯſtituant̄ duo burſarij qui oēs pecunias vndecūꝙ᷑ veniētes recipiāt / ⁊ ad mandatū abbatis ceteris officialib⁹ miniſtrāt ⁊ fidelem rationē de omnibus reddant.

Ca.duodecimū. Q᷑ abbates de receptis ⁊ expēſi rationē reddere debent ſeniorib⁹ / ⁊ in regreſſu de via reddāt burſarijs cōputationes ⁊ reſtas pecuniarū / ſed clauſula iſta poſtmodū per dñm Clementē papā .v. fuit reuocata.

Ca.decimūtertiū. De viſitationib⁹ in ordine faciēdis ſolū per abbates / vel p monachos qui caueant recipere munera ſuſpecta / ⁊ de eorū ſocietate.

Ca.decimūquartū. Quō ſe habere debeāt abbates ⁊ monachi ac eorū familie in monaſterijs p que tranſeūt vbi ſunt hoſpites / tam eundo ad dictas viſitationes / ꝙ᷑ ad generale capitulū ⁊ aſs / ⁊ de numero euectionū abbatum.

Ca.decimūquintū. Q᷑ abbates nō venientes ad generale capitulū / ⁊ nō habētes impedimentū legitimū / ſeu licentiā tenēantur ſoluere duplicē expenſarū quas facerent veniēdo ⁊ redeundo / abbates vero habētes impedimentū legitimū / vel licētiā tenent̄ mittē ꝓcuratorē q̄ debet iurare excuſatōes eē veras

Ca.decimūſextū. Q᷑ oēs tenent̄ ſoluē ꝯtributōes ſibi īpoſitaſ recuſantes aūt ſeu rēnuētes ſoluere / ⁊ oēs īpedimētū p̄ſtātes publice vel occulte debēt cōpelli auctē ap̄lica p cēſurā eccl̄iaſticā ⁊ alia remedia remoto appellatōis obſtacl̄o / ⁊ in capl̄o gn̄ali

Ca.decimūſeptimū. De receptorib⁹ dictaꝝ ꝯtri (publicari. butionū / ⁊ mō p eos obſeruādo / vbi nota excōicationē. Sʒ tñ modus iſte nō potuit ꝯtinuari ſeu obſeruari / ſed ſepi⁹ fuit mutat⁹. Idcirco p Piū .ij. ⁊ Innocētiū. viij. aliter fuit ordinatū.

Ca.decimūoctauum. Qꝫ in ordine nō recipiant in monachos ꝛ cōuerſos/niſi cū cōſilio ſeniorū ꝛ ꝑſone idonee ad ea que conueniunt monachis vel cōuerſis.
Ca.decimūnonū. Qꝫ ꝑſone ordinis maxime monachi pānis bruni vel albi coloris vtātur eorūqꝫ familia nō habeāt veſtes partitas/ꝛ caueant a curioſitate vaſorū argenteorū ꝛ quorūlibet ornamentorū.
Ca.viceſimū. Qꝫ nullus abbas ducat vltra vnū ſecularē clericum vel laicū exceptis abbate ciſtercij ꝛ quattuor primis.
Ca.viceſimūprimum. De eſu carnium in camera abbatis/ꝛ infirmitorijs/ꝛ nō extra monaſteria/ꝛ de pena trāſgredientiū et vbi coquant. Sed dñs Sixt⁹ pp.iiij.articulū iſtū oīnō remiſit diſpenſandū ꝛ declarandū ad abbatē ciſtercij/ꝛ capitulū generale/ꝓut viderint expedire.
Ca.viceſimūſecundū. Qꝫ oēs monachi dormiāt in dormitorio exceptis infirmis/qui in cameris infirmitorij iaceant/ꝛ officiarijs in locis ſibi deputatis.
Ca.viceſimūtertiū. Qꝫ oēs celle in dormitorio illico deſtruantur/ꝛ nulle ampli⁹ ibidē inſtituant reſiſtentes ꝛ impedimentū ꝑſtantes/ſeu ꝑſtari ꝓcurātes/necnō conſiliū auxiliū vel fauorem/publice aut occulte ꝑſtantes excōicationis ſententiā ipſo facto incurrūt. Priores aūt ꝛ ſuppriores iuxta abbatis arbitriū poſſunt habere cellas.
Ca.viceſimūquartū. Inhibitio ne monachis det porcio vini bladi/vel pecunie/ſed omnia eis ſunt cōia. Itē qꝫ nulli monacho aſſignent reddit⁹/aut pars ꝓuentuū/vel aliqua penſio ꝓ victu/veſtitu/vl' quacūqꝫ alia de cauſa. Qꝫ nulla fiat ſectio bonorū fructuū/reddituū/vel ꝓuentuū inter abbatē ꝛ cōuentū/vel officiales/ꝛ ſi que facte ſunt reuocant. Abbates qui oppoſitū fecerint/vel fieri ꝑmiſerint deponant/monachi qui quōcunqꝫ cōtradixerint/aut impedimentū preſtiterint perpetuo carceri mancipentur.
Ca.viceſimūquintū. Abbatib⁹ benemeritis qui volūtarie cedunt cōgrua ꝓuiſio aſſignari poterit.
Ca.viceſimūſextū. Nullus monach⁹ vel cōuerſus ordinis ec-

taturā tenere pſumat exceptis cellarario/ pcuratore/ ⁊ grangi-
ariū tectorib⁹. Cellarario aūt ciſtercij ⁊ quattuor primarū poſ-
ſunt abbates pmittere duas equitaturas.
Ca. viceſimūſeptimū. Inhibent monachis pecuniā ꝯgregare.
Iura/ poſſeſſiones/ reddit⁹/ penſiones/ animalia/ ⁊ alia bona
emere ſiue ꝓprio ſiue alio noīe/ aut alijs ad nutriendū anima-
lia/ aut ad augmentū dare/ peculiū occultare ſeu detinere/ ſed
omnia p abbatē in vtilitatē cōmunē applicent. Et ꝙ monachi
vel cōuerſi talia cōmittētes/ vel cōuerſioni huiuſmodi reſiſten
tes/ ſeu impedimentū pſtantes/ aut pſtari pcurantes/ ⁊ pecu-
liū nō reuelantes/ ⁊ dantes abbatib⁹/ coꝛpe ſunt inhabiles ad
quācūqꝫ adminiſtrationē. Qui vero pecunias ſiue alia bona
quibuſcūqꝫ mutuāt ſiue debita fingūt que nō debēt puniant.
Ca. viceſimūoctauū. Ꝙ abbates tenent puidere ſufficiēter ne-
ceſſaria monachis ⁊ pueris/ ſanis ⁊ infirmis ſcōm monaſterij
facultatem/ inhibēdo ne ponant plures monachi vel cōuerſi ꝙ̄
ex facultatib⁹ monaſterioꝝ puideri valeant.
Ca. viceſimūnonū. De generalib⁹ ſtudijs monachoꝝ oꝛdinis/
que collegia dicuntur multū determinate in vniuerſis mundi
prouincijs.
Ca. triceſimū. Ꝙ ſcholares mittant ad ſtudia p abbates ſuos
de cōſilio viſitatoris ⁊ conuētus/ ⁊ ſint magis dociles ⁊ idonei
Et quo tēpoꝛe debent mitti.
Ca. triceſimūprimū. Ꝙ vbi ſunt .xl. monachi in monaſterio
mittant Pariſius duo ſtudētes/ vbi ſunt. xviij. vel. xx. vnus
mittatur/ ⁊ qui infra vide textū.
Ca. triceſimūſecūdū. De burſis magiſtri regentis/ lectoris ſen
tentiarū/ ⁊ biblici. Sed oꝛdinatio iſta nō potuit obſeruari pp-
ter paucitatē ⁊ paupertatē ſtudentiū.
Ca. triceſimūtertiū. De iuramēto cellararij ⁊ alioꝝ officiario-
rum in ſtudijs exiſtētiū Et de coꝝ cōpotis. Et qn̄ mitti debēt
burſe ſtudentiū p abbates. Et de pena eoꝝ qui nō miſerūt.
Ca. triceſimūquartū. De cura animarū ſtudentiū/ Sed qꝛ ex-
tunc ſtatus ipſoꝝ ſtudioꝝ fuit mutatus neceſſe fuit etiā arti-
culum iſtū mutari/ vbi nota de idoneis ſtudētibus p abbatē ci-

ſtercien̄ ibidē retinēdis vſq; ad magiſteriū.
Ca. triceſimūquintū. Inhibitio ne in aliquo dictoꝝ ſtudioꝝ legant vel audiant iura canonica vel etiā extra illa veꝝ ūtamē poſtmodū alius ſumm⁹ pontifex ꝓ vtilitate ordis dedit facultatē abbati ciſtercij diſpēſandi cū. xxiiij monachis ordinis vt dicta iura canonica audire legere ⁊ in eis gradꝰ recipe poſſint.
Ca. triceſimūſextū. Iterū de cellarario/lectorib⁹/⁊ alijs officialibus in ſtudio pariſien̄ ⁊ alijs collegijs.
Ca. triceſimūſeptimū. De ꝓuiſione magiſtroꝝ ⁊ baccalarioꝝ/ ac de ptāte capl'i generalis ad cōpellendū appellatiōe remota.
Ca. triceſimūoctauū. De iuramēto nouoꝝ magiſtroꝝ ⁊ baccalarioꝝ in theologia. Et q̄ in feſto magiſterij non expendat vltra valorē mille turonen̄ argenti.
Ca. triceſimūnonū. De tpe infra qđ poſſunt pariſi⁹ legere bibliā ⁊ ſentēcias/ſcʒ qui per ſex annos ſtuduerit in theologia ⁊ idoneus extiterit poſſit facere curſū biblie/Et qui ꝑ octo ānos ſtuduerit in theologia poſſit legere ſentētias ⁊ nō ante.
Ca. quadrageſimū. Vt ſingulis annis iſtud ꝑuilegiū legat in caplo generali/⁊ ſemel in anno in quolibet caplo ordinis.
Ca. quadrageſimūprimū. Vt ſingulis annis iſtud ſtatutū legatur in capitulo generali. Et ſemel in anno in quolibet caplo ordinis. Auctoritas ſeu ptās abbatis ciſtercij abſoluendi tranſgreſſores hmōi ſtatutorū.
Ca. quadrageſimūſcd'm. Poteſtas ⁊ auctoritas cōceſſa abbati ciſtercij ad abſoluēdū omnes abbates ⁊ pſonas ſui ordinis ⁊ e tranſgreſſione ꝑceptorū in iſta reformatione apoſtolica auctoritate poſitoꝝ/Necnō a ſentētijs excōmunicationis ⁊ alijs cēſuris cōtra tranſgreſſores latis/⁊ ad diſpenſandū cū eis ſup irregularitate inde cōtracta. Cum enī eius ſit ſoluere cuius eſt ligare/⁊ inferiorq; nō poſſit in ſuperiorem nullus de ordine eos aliter ab his abſoluere poſſet.

BEnedictus Ep̄s ſeruus ſeruorū dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Fulgens ſicut ſtella matutina in medio nebule ſacer Ciſtercieñ ordo in eccleſia militante/ſtrenue militat operibus ⁊ exemplis/feruideq; ſatagit ꝑ ſancte cōtemplationis applauſum/⁊ innocētis vite meritū mōtana ſcādere cū maria ſeq; ꝑ exercitū laudabiliū exactionū / ⁊ penſum pioꝝ operū curioſū/Marthe ſatagētis officio cōformare. Hic nempe ordo/in diuini cult᷒ miniſterio ſedulus vt ſibi ⁊ alijs ꝓficiat ad ſalutē/ in ſacre lectiōe pagine ſtudioſus/ vt ad ꝑfectā excellentie ſupne cognitionē valeat ꝑuenire ꝑſtant ⁊ ꝓmptus in operibus caritatis vt adimpleat legē chriſti a mari vſq; ad mare palmites ſuos meruit dilatare/q2 gradualiter ad virtutum culmina patenter aſcendit/⁊ ꝓinde ꝑ ſacri pneumatis inflāmatis corda debilia fiſtulas gratijs abundauit/ dignūq; ſe reddidit a Romana eccleſia/eccleſiarū omniū magiſtra/ multis inſignijs priuilegijs ⁊ gratioſis fauorib᷒ cōmuniri. Huius quoq; ordinis ab adoleſcētia noſtra ꝑſeuerant iugū ſuſtulim᷒ ⁊ in eo alumni effecti ꝑ temporū curricula diuturna creuimus/ tam in illo q̄ꝫ extra ip̄m ſucceſſiuis prelationū honorib᷒/ ⁊ tandem cōſcendimus q̄q; imeriti ſūmi cathedrā paſtorat᷒. Licet autē exigente ap̄lici magiſterij cura cuiuſlibet ordinis approbati crementū felix ⁊ floridum plenis affectibus in eo zelemur a quo celice ac terrene ſalutis ꝑfectio deriuatur /eundē tamen ciſtercieñ ordinē acie interne deuotionis ⁊ caritatis aſpicimus/ ⁊ ea que ipſius ſalutē ⁊ proſperitatē reſpiciant/quaten᷒ eterni patris beneplacitis gratificari credimus fauorabiliter ꝓmouemus. Sane recenſentes memoriter ꝙ ab olim dum eramus intra ordinē prelibatā certa nos experientia inſtruebat/ ꝙ ſup q̄ꝫ plurimis articulis inferius explicatis ordo ip̄e apoſtolice ꝓuiſionis remedijs indigebat. Nos hactenus ⁊ moderno tempore ſup eis ⁊ nōnullis alijs a dilectis filijs Guillermo ciſtercieñ Johāne de Firmitate/Johāne de Claraualle/⁊ Raynaldo de

Moximūdo monaſteriorum dicti ordinis Cabiloñ. et Lingoñ dioc. abbatib⁹ diligēti collatiōe p̄habita ſup his omnib⁹ plenarie informati/dignū duxim⁹ ꝑ vrgenti neceſſitate/ac euidēti vtilitate ordinis memorati/ſuadētibus etiā alijs iuſtis et rationabilib⁹ cauſis ſtatuta et ordinatiōes ꝓut ſeries ſubſcripta deſcribit/auctoritate aplica edere/que volum⁹ et decernim⁹ ſolidā habere roboris firmitatē/eaq; debere ppetuis futuris tēporibus firmiter obſeruari. 2 Uidelicet cū cautele ꝓuiſio in omnib⁹ ſit habenda/et p̄cipue ne paulatine deueniat in collapſum qđ eſt antiquitate vel ꝓlixitate pacti tēporis acquiſitū. Statuim⁹ ac etiā ordinam⁹/q̄ qlibet cōuent⁹ cuiuſuis monaſterij ſeu alteri⁹ loci cōuentualis dicti ordinis habeat ꝓpriū et ſpeciale ſigillū. 3 Et q̄ qlibet abbas monaſterij ſiue ali⁹ loci alterius cōuentualis adminiſtratiōi principaliter p̄ſidens eiuſdē ordinis/et etiā abbas ciſtercieñ qui ē ꝓ tēpore antequā abbatie ſue vel adminiſtrationi hmōi ſe imiſceat/iuramentū preſtare ad ſancta dei euāgelia teneat/ quilibet ſcʒ inferior in manib⁹ patris abbatis qui electionē de ipſo factā ꝯfirmare habebit/et in p̄ſentia ſui ꝓprij cōuēt⁹/necnō ipſe abbas ciſtercieñ qui eſt ꝓ tēpore ſuo cōuentu/et p̄nominatis trib⁹/necnon monaſterij de Pontigniaco dicti ordinis Antiſiodoreñ dioc. abbatib⁹/ſi apud dictū monaſteriū ciſtercieñ p̄ſentes extiterint/Qđ poſſeſſiones vel iura ad ſuū monaſteriū vel aliū cōuentualē locū eius ꝑtinentes ſeu pertinētia nō vendet/nec alienabit/neq; impignorabit/neq; de nouo infeudabit/nec ꝑ aliquē modū donabit/ niſi ꝑ modū inferius deſignatū. Et hoc idē illi q̄ nunc ſunt abbates monaſterioꝝ/ſeu alioꝝ locorū ꝯuentualiū ipſi⁹ ordinis regimini p̄ſidentes teneant iuramentū p̄ſtare/infra ſex menſes poſtq̄ ſtatutū et ordinatio hmōi publicata fuerint in ꝓximo ſecuturo capl'o gnāli eiuſdē ordinis. 4 Qđ quotiēſcūq; alienationē rei imobilis/vel iuriū alicui⁹ monaſterij/vel alteri⁹ loci cōuentualis dicti ordinis/ vel diminutionē cenſuū/ſeu penſionū/vel canonis/ aut venditionē arborū ſiluarū nō ceduarū iminere cōtigerit faciendas/tractat⁹ duorū dierū ad minus interpolatoꝝ/diligens et maturus ꝑcedere de

beat/habēdus ꝑ abbatē monaſterij ſeu p̄ſidentē regimini alte
rius loci cōuentualis/cuius erūt res/iura/cenſus/penſiones/
canon/⁊ ſilui hmōi/ cū ſuo ꝯuentu monaſterij ſeu alterius loci
cōuentualis prefati. Et nihilominꝰ alienatio ſeu venditio hu-
iuſmodi fiat de cōſenſu ipſiꝰ cōuentus vel maioris ⁊ ſanioris
partis eiuſdē/⁊ ꝙ de tractatu ⁊ cōſenſu iā dictis ſcriptura cōfi-
ciatur auctentica/in qua noīa ⁊ cognomina tractantiū ⁊ cōſen
tientiū/⁊ ſigilla abbatis monaſterij vel p̄ſidentis regimini al-
terius loci cōuentualis/⁊ cōuentꝰ monaſterij ſeu loci hmōi ap-
ponant̄. Et anteꝗ̄ ꝓcedatur ad alienationē ſeu venditionē ip
ſam petat̄ ⁊ obtineat̄ licentiā ſuꝑ hoc ab ipſiꝰ ordinis caplo ge
nerali/⁊ ſubſequat̄ diſcuſſio ſuꝑ alienatione ſeu venditiōe hu-
iuſmodi faciēda ꝑ duos abbates p̄dicti ordinis ab eodē mona
ſterio ſeu alio cōuentuali loco non remotos/per dictū genera-
le capitulū deputandos/⁊ cū approbatione ſeu auctoritate du-
orum abbatū prefatorū/quodq̄ tam abbas monaſterij ſeu p̄-
ſidens ipſi cōuentuali loco/quā duo abbates p̄dicti/⁊ etiā pa-
ter abbas eiuſdē monaſterij/vel deputatꝰ ab eo p̄ſente cōuen-
tu ipſius monaſterij/ſeu alterius loci cōuentualis/cuiꝰ res/iu-
ra/cenſus/penſiones/vel canon/aut ſilue huiuſmodi alienan-
da ſeu vēdēda fuerint iuramētū p̄ſtent/ante diſcuſſionē predi-
ctam ꝙ in p̄miſſis fideliter ſe habebunt/omni dolo ⁊ affectiōe
inordinata remotis/⁊ ꝙ etiā fiat de cauſis alienationis ſeu vē-
ditionis huiuſmodi/⁊ ſolēnitatibus p̄fatis/ꝑ quattuor abba-
tes p̄dictos/⁊ preſidentē ipſi cōuentuali loco/ſub eorū ſigillis
plena ⁊ fidelis relatio in ꝓximo ſubſequenti generali capitulo
antedicto/vt videat̄ ſi circa hec oīa debite ꝓceſſerūt. Verū cū
monaſteriū ſeu alius cōuentualis locus/caſtrū/villa/grangia
vel res alia multū notabilis alienandū vel alienādus/ſeu alie
nanda fuerit/capitulū generale ipſiꝰ ordinis alienādi licentiā
cōcedere nō preſumat/nec ꝓcedatur ad eam quouis modo fa-
ciendā vel auctorizandā niſi priꝰ ꝑ idem capitulū generale ro-
mano pontifice cōſulto/⁊ ab eo ſuꝑ hoc petita licētia ⁊ obten-
ta. Si vero aliter ꝗ̄ p̄miſſum eſt aliquis abbas/vel regimini p̄
ſidens alienare p̄ſumpſerit/tam ipſi ꝗ̄ officiales ipſius mona

ſterij ſeu loci cōuentualis in hac parte cōſentiētes eiſdē ab ad-
miniſtrationib⁹ ſuis ꝑ patrē abbatē deponant͛ eorū/ ⁊ aliena-
tio hmōi ſic p̄ſumpta ſit ipo iure irrita ⁊ inanis. 5 Ceterū ſi
ꝓpter alicui⁹ monaſterij ſeu loci ꝯuentualis debita exoluēda.
vel vt aliquid aliud qđ eidē monaſterio ſeu cōuentuali loco ſit
vtilius acquirat͛/aliquid alienandū extiterit/pecunia que in-
de habebit͛ ad nullos vſus alios ꝙ̄ in acquiſitionē/ſeu debito
rū ſolutionē hmōi cōuertat͛. Et ſi ſecus actū fuerit/abbas mo-
naſterij/vel alius p̄ſidens cōuentuali loco/pecuniam hmōi ad
vſus alios vt p̄fertur cōuertens/vel conuerſioni hmōi cōſen-
tiens ab adminiſtratiōe ſua ꝑ patrē abbatē deponat͛ ipſi⁹. Ce-
teri vero monachi participes vel cōſentiētes in idip̄m ſint ad
quodcūq̧ officiū ſeu adminiſtrationē eiuſdē ordinis ihabiles
ipſo facto/nec pecunia ipſa in ſolius abbatis ſeu alteri⁹ regi-
mini preſidentis/ aut burſarij alicuius eorū remaneat ptāte/
Sed reponant͛ in aliquo ſecuro loco ſub quattuor ſeraturis/et
diuerſificatis clauib⁹/quatū primā teneat abbas monaſterij/
ſeu loci cōuentualis regimini p̄ſidens. Secundā burſari⁹. Ter
tiā prior clauſtralis/⁊ quartā alius monacb⁹ ipſi⁹ monaſterij
ſeu loci cōuentualis/de quo eiuſdē monaſterij ſeu loci cōuen-
tualis cōuentui vel maiori parti eiuſdē expedire videbit͛ fide-
liter cōſeruanda. 6 Volum⁹ etiā ꝙ circa cōceſſiones iuriū
aut reddituū alicui ad vitā eius vel aliud certū tēpus/ ⁊ circa
locationes/vel etiā reddituū aut fructuū vēditiones/vltra qn
quenniū faciēdas/p̄miſſa forma ꝑ omnia obſeruetur/ hmōi ta
men cōſultatione ac licētia romani pontificis/⁊ etiā licentia di
cti generalis capl̄i ⁊ relatōe in eo faciēda exceptis. 7 Per
mittimus tamē ꝙ parue/ſteriles/vel inutiles poſſeſſiones con
cedi poſſint/ſub annuo cēſu pecuniario/vel ſub certa portiōe/
ſeu quota ꝓuentuū ad tantū tempus/quantū viſū fuerit ab-
bati alicui⁹ monaſterij/vel p̄ſidenti regimini loci cōuentualis
eiuſdē ordinis/p̄cedente tamē maturo/⁊ diligenti tractatu ha
bito cū ſuo cōuentu/⁊ de cōſenſu ipſi⁹/ vel maioris ⁊ ſanioris
partis eiuſdē/preſtitoq̧ primit⁹ iuramēto ꝑ ambos abbates
predictos eodē conuentu preſente/ ꝙ conceſſionē huiuſmodi

facere intendunt pro vtilitate monaſterij ſeu loci conuētualis cuius erunt poſſeſſiones predicte. Et ſi aliter hmōi cōceſſio facta fuerit eoipſo ſit irrita ⁊ inanis. Si aūt multitudo dictarum poſſeſſionū / ꝙuis paruarū / ſteriliū / vel inutiliū exiſteret cōcedenda / tunc ante huiuſmodi conceſſionē earū conſulat idem capitulū generale ac ipſius ſup hoc habeatur licētia / ꝓut ſuperius eſt diſtinctū. Abbas vero vel preſidens regimini loci conuentualis / ſi cōtrariū attemptare pſumpſerint / ac officiales ipſius monaſterij ſeu loci cōuentualis ſup hoc ei conſentiētes p eorum patrē abbatē a ſuis adminiſtrationibꝰ deponant. 8

Inſup quia pleruꝙ contingit iminere neceſſitatis articulum / in quo ex diuerſis cauſis expedit abbatibus ⁊ pſidentibus pn cipaliter regiminibus aliorū locorum cōuentualiū contrahere mutuum / hanc ꝓuiſionis cautelā modificatā in hac parte volumus adhiberi / ꝙ nullus abbas vel alius loci conuētualis regimini preſidens ipſiꝰ ordinis / ſine conſenſu ꝓprij cōuentus / mutuū recipere valeat / ⁊ ꝙ in auctentica ſcriptura obligationis inde faciende / apponant eorundē abbatis vel regimini preſidentis ⁊ cōuentus ſigilla. Sed ſi abbas a ſuo monaſterio vel regimini pſidens ab eius cōuentuali loco remotus exiſteret / taliſꝙ vrgeret neceſſitas ꝙ ſine receptiōe mutui ſibi / vel familie ſue / aut negocijs vtilibus ſeu cauſis p eum agendis prouidere non poſſet / pmittimus ꝙ tunc ſine ſuo conuentu ⁊ eius ſigillo mutuū recipere valeat / quod tamē ſummā centū librarū turoneñ paruorū ſeu valorem ipſarū ſiue integraliter ſeu particulariter non excedat / cuius mutui quantitatē cauſam obligationis / ac perſonā a qua illud receperit abbas / vel alius regimini preſidens / mutuū ipſum recipiens infra octo dies poſt eius regreſſum ad monaſteriū propriū vel ſuū conuētualē locum ipſius cōuentui ad hoc ſpecialiter congregato / explicare plenarie teneat. Et ꝙ ex quo ſemel vſꝙ ad huiuſmodi ſummā centū librarum mutuū receperit non poſſit amplius mutuum recipere / ſine conſenſu ⁊ ſigillo conuentus eiuſdem / donec dicte centum libre fuerint integraliter perſolute. Quicunꝙ aūt abbas vel alius pſidens regimini loci ꝯuentualis p ſe vel aliū

ꝯtra fecerit eoipſo ab ingreſſu eccleſie ac diuinis officijs ſit ſuſ-
penſus. 9 Et quia geſta hominū/ſcripture fidei cōmittū-
tur/vt rei geſte memoria in poſterū habeat/volumꝰ ⁊ ordina-
mus/vt vbicūqꝫ abbates vel alij locoꝝ cōuentualiū regimini
bus p̄ſidentes/aliquid cū expreſſo ſuoꝝ cōuentuū conſenſu fa
cient/de quo teſtimonialis cōficiat ſcriptura/ꝙ ſigilla ipſorum
abbatū vel aliorū regiminibꝰ preſidentiū, eorūqꝫ cōuentuum
apponant in illa. Et ꝙ deinceps in ſigillo cuiuſlibet abbatis vł
alterius loci cōuentualis regimini p̄ſidentis/quocūqꝫ nomine
cenſeat ipſius nomē ꝓpriū exprimat/vt melius ſciri poſſit per
quē ⁊ cuius tēpore id de quo agetur factū extiterit/ ⁊ vt mali-
cijs ⁊ falſitatū cōmentis via melius precludat. 10 Prete-
rea cū ſit conſonū rationi/vt negociorum geſtores/ ⁊ officiales
de gerendo fideliter ⁊ vtiliter negocia ⁊ officia exercēdo illis cō
miſſa iuramenti vinculo aſtringant/ volumus ⁊ ordinamꝰ ꝙ
cellararij/burſarij/negociorū geſtores/rentarij nūcupati/cete-
riqꝫ officiales cuiuſlibet monaſterij/ſeu alterius loci cōuentua
lis/⁊ eorū grangiarū magiſtri/cū ad officia vel magiſteria hu-
iuſmodi aſſument/iuramentū p̄ſtare teneant in manibꝰ eorū
abbatis/vel alteriꝰ loci cōuentualis regimini preſidētis/ſuiqꝫ
ꝯuentus ꝙ in cōmiſſis ſibi officijs/adminiſtrationibꝰ/ vel grā
gijs/fideliter ſe habebunt/⁊ ꝙ de receptis ⁊ expēſ fidelem cō-
potū reddent/⁊ reliqua ipſi monaſterio ſeu conuentuali loco/
aut coꝝ burſarijs aſſignabūt/⁊ ꝙ illi cellararij/burſarij/nego-
ciorū geſtores/officiales/⁊ magiſtri qui nūc ſunt p̄ſtare tenean
tur ſimile iuramentū. 11 Et quia vbi prudētia ⁊ moderan
tia fidei firmitate vallate/nō vendicant ſibi locū/ luxus ineſt/
longiqꝫ tēporis victū/breuis hora cōſumit/decet ⁊ expedit vt
ꝑ diſpenſatores prudentes ⁊ fidos queqꝫ manu teneat ſubſtā-
tia ⁊ etiā diſpenſet/vnde ſtatuimꝰ ⁊ etiā ordinamus ꝙ in ſingu
lis monaſterijs ⁊ alijs cōuentualibus locis p̄dicti ordinis /per
abbatē ſeu aliū regimini preſidentē/de ſeniorū ſui cōuētus cō-
ſilio duo burſarij deputentur quoꝝ vnus principalis exiſtat/
qui ſiquidē burſarij omnes pecunias ipſius monaſterij vel lo-
ci cōuentualis vndecūqꝫ ꝓuenientes. vniuerſaliter recipiant/

⁊ de dicti abbatis vel regimini p̄ſidentis mandato/ceteris of-
ficialib⁹ ⁊ alijs diſtribuant/ꝓut fuerit oportunū/ipſiq̄ʒ burſa-
rij quater in anno/ſed ceteri officiales ⁊ receptores ꝓuentuum
ſemel ⁊ etiā pluries/ſi eidem abbati vel regimini p̄ſidenti vi-
debit̄ expedire/de omnib⁹ receptis ⁊ expēſis coram p̄dicto ab-
bate/vel regimini p̄ſidente/ac ſeniorib⁹ de cōuentu ipſius mo
naſterij ſeu loci cōuentualis/teneant̄ pleniſſimā ⁊ fidelem red
dere rationē. 12 Abbates etiā vel regiminibus p̄ſidentes
coram dictis ſeniorib⁹ ⁊ burſarijs annis ſingulis de receptis ⁊
expenſis ꝑ eos/plenā ⁊ fidelem rationē reddere teneant̄/Reci-
piantq̄ʒ ipſi abbates vel regiminib⁹ p̄ſidentes/a dictis burſa-
rijs pecunias ꝓ expenſis eorū. Et ſi dum ipi extra monaſteria
vel alia cōuentualia loca eorum acceſſerint/eos pecunias con-
tingat de ꝓuentibus monaſteriorū/ſeu locorū cōuentualiū eo
rum/aut aliunde recipere huiuſmodi pecunias in ipſoꝝ regreſ
ſu tradant burſarijs p̄libatis/cōputatis ſi quas de ipſis pecu-
nijs expenderūt: Abbates vero ſeu alij regiminib⁹ p̄ſidentes/
ſi ſecus attēptare vel ſibi talia retinere p̄ſumpſerint/ab ingreſ
ſu eccleſie ac diuinis officijs poſt lapſum duorū menſiū a die
regreſſus huiuſmodi cōputandorū/tamdiu ſuſpenſi exiſtant
donec ea tradant burſarijs memoratis. 13 Porro quia ꝑ
viſitationis actū de vita ⁊ cōuerſatione illorū qui viſitant̄ ex-
quiritur/⁊ ꝑ eum ſincere debet correctionis ⁊ reformatiōis of-
ficiū exerceri/nec ꝓinde hi iuxta canonicas etiā ſanctiones ſu-
perfluis ſunt impendijs aggrauandi/ſtatuimus ac etiā ordi-
namus q̄ viſitatores dicti ordinis in aliquo monaſterio ꝑ eos
viſitando/anteq̄ʒ officiū viſitationis incipiant/ niſi prima die
qua declinabūt ad illud valeant demorari/⁊ ſi manere ibi vo-
luerint ſequenti die duntaxat/id licitum ſit eiſdem/Et q̄ viſi-
tationes in eodē ordine faciende/deinceps nō durent vltra tri
duum continuū/niſi apparens neceſſitas vel magna vtilitas
monaſterij viſitati/dies expoſceret ampliores/quodq̄ʒ ille vi-
ſitator qui vltra ipſos primos duos dies/ vel vltra prefatum
triduum/abſq̄ʒ neceſſitate vel vtilitate predictis/eaſdē viſita-
tiones ꝓrogare preſumpſerit/ſi abbas fuerit/ſit a ſtallo chori

⁊ loco capituli abbatialib⁹/per vnū ſequentē annū eoipſo ſuſ-
penſuo/⁊ ſedere in ſtallo ⁊ loco capituli remotis a ſtallis alijs
⁊ locis abbatialib⁹ teneatur. Si vero fuerit monachus eoipſo
ſit p vnū annū ſequentē inhabilis ad quodcūq officiū ⁊ admi
niſtrationē ſeu gubernationē in eodē ordine obtinenda. Et ni
hilominus per ſex menſes ſequētes in pane ⁊ aqua in ſuo mo
naſterio ieiunare qualibet ſexta feria teneatur. Et ꝙ ſimiles pe
nas incurrāt abbates ⁊ monachi qui viſitationis officiū impē
dendo numerū euectionū per felicis recordationis Clementē
papā .iiij. pdeceſſorē noſtrū ſuper hoc taxatū excedent. Nec p-
ſumant viſitatores ipſi ante huiuſmodi eorū viſitationē/vel
in ipſa/ſeu poſt eam/occaſione dicte viſitationis/aliquod mu-
tuus ſuſpectū per ſe vel aliū recipere/nec illud a ſuis recipi per-
mittant/Expeñ tamē quas fecerint ad viſitatū monaſterium
eundo/⁊ de ipſo redeūdo/recipere valeant iuxta ordinationē
ſuper hoc factā p Clementē eundē. 14 Ubi aūt a mona-
ſterio iam viſitato/vſq ad monaſteriū viſitandū/aliquod vel
aliqua monaſteria in itinere conſtituta extiterint/ad que dicti
viſitatores poſint cōmode declinare/hoc ipſi efficere valeant/
dictaq monaſteria taliter cōſtituta/eoſdē viſitatores caritati-
ue recipere/decenterq tractare/ac eis ꝓuidere in victualibus
teneantur/⁊ p diebus quibus ad huiuſmodi cōſtituta/ vt pre
fertur/monaſteria declinabūt/⁊ eis vt preangit̄ ꝓuiſum exti-
terit/nullas expenſas poſſint a monaſterijs ſeu locis recipere
viſitatis. Abbas autē contra predicta recipiens/niſi infra du-
os menſes a receptione huiuſmodi cōputandos/ eis a quibus
receperat/receptū reſtituat ipſis elapſis/duplū reſtituere tene
atur. Monachus vero quicquid ꝯtra id receperit reſtituere nō
poſtponat/⁊ ob hoc regulari ſubiaceat diſcipline. Nec aude
ant prefati viſitatores in ipſis viſitationib⁹/ſibi alios abba-
tes adiungere/nec ipſi alij abbates ſe illis adiūgant/ niſi ꝓ cō
ſilio/vel auxilio/vbi caſus depoſitionis alicuius abbatis vel
aliud magnū ⁊ arduum negociū/ſeu patrie/vel locorū/ p que
tranſire haberent periculū immineret/ſeu interpretatio lin-
guarum neceſſaria foret/verumtamen ciſtercieñ ⁊ quattuor ab-

53
Lm

bates quattuor principaliũ filiarum/qui ſunt pro tempore/ ac ſuperius nominãtur in eiſdẽ viſitationibus vnũ alium abbatem ſi velint ſecum recipere/vel ſibi adiungere valeant. Nec predicti viſitatores nomina eorũ qui eis in ipſis viſitationibꝰ ſecreta reuelauerint aliqua ea reuelare preſumãt/niſi tunc demũ cum propter reuelata huiuſmodi ad alicuiꝰ punitionẽ vel penã fuerit ꝓcedendũ/necnon reuelãtes huiuſmodi puniantꝰ/ plus vel minus ꝓut facti qualitas exiget/ ſcd̃m arbitriũ ipſiꝰ ordinis capituli generalis. Et ꝙ abbates maiores/poſt abbatem ciſterciẽſ ꝛ quattuor alij abbates earundẽ principaliũ filiarum/qui ſunt pro tẽpore/extra viſitationes eorũ ſex tantum/ alij vero minores abbates quattuor euectionibꝰ ſint contẽti/ nec hoc pretextu qui paucioribꝰ vti ſolebant/ credant ſibi poteſtatẽ pluriũ attributã. Rurſus precauere volẽtes/ ne ꝑ abbates vel monachos dicti ordinis declinãtes ad alia monaſteria eiuſdẽ ordinis/veniẽdo ad huiuſmodi capitulum generale vel de illo redeũdo/ſeu alias hmõi alia monaſteria plus debito aggrauentꝰ/ſtatuimus ꝛ ordinamꝰ ꝙ abbates aut monachi ꝓfati ad idẽ capitulũ veniẽtes/ vel de ipſo redeũtes/ ſeu alias tanꝗ̃ hoſpites ad aliqḋ monaſteriũ ſeu locũ cõuentualẽ iã dicti ordinis declinãtes nõ remaneãt in eodẽ monaſterio ſeu cõuentuali loco/ vel in alijs eorũ locis ad expenſas ipſius monaſterij aut loci cõuentualis/vel aliorũ locorũ ipſorũ vltra diem qua illuc declinauerint/ ꝛ ſequẽtẽ ipſi vel aliquis de familia eorundẽ/nec vltra dictos dies abbas vel cellarariꝰ/aut aliqs aliꝰ dicti monaſterij ſeu loci ꝯuẽtualis/aut aliquoꝝ locoꝝ eorũdẽ/ ipſos inuitare vl̕ ampliꝰ eis aliqd miniſtrare ꝓ̃ſumat. Qḋ ſi ex aliqua rõnabili cauſa ipi vel aliquis de familia eorũdẽ ampliꝰ remanere voluerint/expẽſas quas tũc ibi fecerint de bonis ꝓprij monaſterij vel aliũde ꝓcuratis ſoluere teneãtur. Quicũꝗ vero ꝯ̃riũ fecerint tã dãtes ꝗ̃ recipiẽtes/ de inobediẽtia ꝛ trãſgreſſione hmõi ſtatuti ꝛ ordinatiõis nr̃oꝝ/ ꝑ gnãle dicti ordis capl̕m puniantꝰ. Sꝫ ꝑ p̃dicta nullũ ius ipſoꝝ declinãtiũ alicui acquiratur/etiã ꝑ ipſos duos dies vel alias ad aliquod monaſteriũ ſeu locũ ꝯuẽtualẽ eiuſdẽ ordis/aut locoꝝ eoꝝ declinãdi

aut in eorũ aliquo remanendi/hoc tamẽ ſaluo ꝙ circa paťẽter
infirmantes/ſolita caritas ⁊ pia hoſpitalitas obſeruent. 15
Quia vero ideo ſunt huiuſmodi generalia capitula inſtituta/
vt in eis de ſtatu monaſteriorũ/⁊ aliorum locorũ regulariũ/ ac
de reformatiõe ordinis/⁊ obſeruãtia regulari/ tractatꝰ debeat
diligens adhiberi/dignũ ⁊ debitũ fore dinoſcitur/vt ad illa cõ-
ueniant vniuerſi/quibꝰ id iminet ꝑpeditionẽ canonicã nõ ha-
bentes/quare ſtatuimꝰ ⁊ etiã ordinamus ꝙ abbates ipſius or-
dinis qui de ceteró nõ venerint ad dictũ capitulũ generale/ q
venire tamẽ tenebant̃ ſm ordinis ꝑdicti ſtatuta/nõ habentes
impedimentũ legitimũ ſeu licẽtiã ſpecialẽ ab eo qui dare poſ-
ſit eandẽ/exhibere teneant̃ duplũ eius qđ expenſuri eſſent ad
idem capitulũ veniendo/⁊ redeũdo de illo/duplũqꝫ hmõi ſol-
uere in ſequẽti capl̃o generali in vtilitatẽ ipſius generalis capi
tuli ꝯuertendũ/⁊ ꝙ poſſint diffinitores eiuſdẽ capl̃i generalis
tales abbates nõ veniẽtes/ad duplũ hmõi exoluendũ aucto-
ritate apl̃ica/ꝑ cenſurã eccleſiaſticã/ſublato appellatiõis obſta
culo coartare/eorũqꝫ ſuꝑ hoc ꝓceſſũ habendũ ⁊ ferẽdas ſentẽ-
tias publicare/ac facere publicari. Quodqꝫ circa ipſum duplũ in
totũ vel in partẽ nulli valeat fieri grã vel remiſſio indulgeri.
Illi vero abbates qui legitimũ impedimentũ ſeu licentiã hu-
iuſmodi aſſeruerint ſe habere illa conuẽtibꝰ ſuis tpe quo iter
eũndi ad dictũ capitulũ arripere deberẽt exponere teneant̃/ et
nihilominus ſubſequẽter de dictis impedimẽto ſiue licẽtia in
ipſo generali capl̃o fidẽ facere ꝑ ſuũ ꝓcuratorẽ ſeu excuſatorẽ/
ꝓbũ ⁊ idoneũ virũ/habẽtẽ ſpãle mandatũ ꝑſtandi iuramẽtũ
in aĩam ipſiꝰ mittẽtis cauſas abſentie ac ĩpedimẽtũ hmõi ve-
ra ẽẽ/qđ quidẽ iuramẽtũ ꝑſtare teneat̃/ſi viſũ fuerit abbati ci-
ſtercieñ qui eſt ꝓ tẽpore ac ꝑſidentibus ipſi capitulo generali.
Et ſi abbas ac ꝑſidentes prefati tale impedimentũ et licentiã
ipſam nõ eſſe legitima fuerint arbitrati/tales abbates qui ad
idem capitulũ nequaqꝫ venerant declarent incurriſſe penã ſol
uendi prefatum duplum quẽadmodum eſt premiſſum. 16
Quia vero nõnulli ſicut accepimus ad ſoluendũ cõtributiões
qui in eodẽ ordine ꝓ neceſſitatibꝰ ⁊ vſibꝰ cõibꝰ ⁊ alias ꝯſuetis

ipſiꝰ ordinis ꝓ tēpore imponunť ſe reddunt difficiles ⁊ remiſ-
ſos. Nos aduerſus eos ⁊ circa negocia contributionū ipſarū/
aliaq; illa cōtingentia ꝓut ſequiť duximꝰ ꝓuidendū/videlicet
ꝙ abbati ciſtercieñ ⁊ quattuor coabbatibꝰ principaliū filiaꝝ ſu
pradictis ⁊ qui ꝓ tēpore fuerint/ ⁊ cuilibet eorundē aucte apſi
ca/remoto appellationis obſtaculo/ꝑ cenſurā eccleſiaſticā/ et ꝑ
alia remedia iuxta dicti ordinis inſtituta ⁊ obſeruātias cōſue-
tas aliaq; oportuna remedia cōpellendi eos quibꝰ dicte cōtri-
butiones ꝓ tēpore impoſite fuerint ad ſoluendū eaſdē/ ⁊ ad id
etiā coartandū recuſantes ſeu negligētes ſoluere p̄fatas cōtri
butiones iā impoſitas/ ⁊ quoſuis alios impedimētū p̄ſtantes
publice vel occulte quo minus ꝯtributiōes p̄dicte ſoluanť ad
deſiſtendū ꝓrſus ab impedimēto hmōi/necnō ꝓceſſus habē-
dos/ac excōis/ſuſpenſionis/ ⁊ interdicti aliaſq; ſentētias ferē-
das in tales recuſantes negligentes ⁊ impedimentū p̄ſtantes
nūc ⁊ imposterū in eorū ⁊ alijs monaſterijs ac locis circūuici-
nis dicti ordinis ꝓut fuerit oportunū/ ac in generali capitulo
ipſiꝰ ordinis publicādi ⁊ publicari faciēdi plenā atq; liberā cō-
cedimus tenore p̄ſentiū ꝑtātem. 17. Volumꝰ aūt ꝙ p̄dic-
tas ꝯtributiones deinceps recipiāt tres abbates dicti ordinis
ad hoc ꝑ ipſum generale capľm ſeu ꝑ diffinitores eiuſdē/annis
ſingulis deputādi qui iuxta ordinationē dicti capituli ſeu dif-
finitorū eius ꝓ neceſſitatibꝰ ⁊ vſibꝰ cōibus aliaſq; cōſuetis iā
dicti ordinis diſpenſent eaſdē/Et ſi quid de ipſis cōtributioni
bus ſuꝑ fuerit in aliquo monaſterio securo ad hoc ꝑ dictū ca-
pitulū vel ꝑ ipſius diffinitores eligendo ponať/ ⁊ ſub ꝓuiſio-
ne cuſtodie ꝑ ipſos tres abbates ſuꝑ hoc adhibēda/ſub tribus
ſeraturis ⁊ diuerſificatis clauibꝰ de quibꝰ quilibet ipſorū triū
abbatū ſuā clauē teneat/fideliter cōſeruetur. Tenebūtur nāq;
p̄fati tres abbates in ſubſequēti capitulo generali de receptis
⁊ expenſis ꝑ eos diffinitoribꝰ ipſiꝰ capituli reddere rationē/ et
illud qđ reſtabit ipſi capľo ſeu diffinitoribꝰ ipſiꝰ capľi cuſtodi-
endū reſtituere modo p̄miſſo ꝑ alios tres abbates/ ꝑ ipſū capi
tulū ſeu diffinitores eiꝰ vt p̄tendiť deputādos/ dictiq; tres ab
bates qū ad p̄dicta deputabunť/iuramentū p̄ſtabunt ꝙ in re-

cipiendo/cuſtodiendo/⁊ expendendo cõtributiões p̄dictas/ac
in reddendo rationē de ipſis fideliter ſe habebūt. Poterūt au-
tem dicti tres abbates receptores modo p̄dicto/a generali ca-
pitulo ſeu diffinitorib⁹ ipſius capituli deputati/de ipſorū ab-
batis ciſtercieñ ⁊ quattuor coabbatū totidē principaliū filiarū
conſilio certis ꝑſonis fidelib⁹ ⁊ diſcretis/annis ſingulis vices
ſuas cõmittere ad recipiendū cõtributiones/in generali capi-
tulo nõ ſolutas. Qui ſiquidē diſcreti p̄ſtabunt ſolenniter iura-
mentū/ꝙ prefatas cõtributiones recipient/leuabūt/exigent/⁊
ſeruabunt fideliter/⁊ ad ſequēs generale capitulū dictis com-
miſſarijs generalis capituli ſeu diffinitorū ei⁹ integraliter de-
portabunt/dictiq; tres abbates rationē reddent corā eiſdem
abbate ciſtercieñ/⁊ quattuor coabbatib⁹ totidem principaliū
filiarū/ſi omnes ipſi p̄ſentes fuerint/necnõ corā illis diffinito-
ribus quos p̄fati ciſtercieñ ⁊ quattuor coabbates in Diuione
decreuerint retinēdos. Volumus quoq; ꝙ fiat ſpeciale ſigillū
quo littere ſolutionis ꝯtributionū dicti ordinis de cetero ſigil-
lentur/quodquidē ſigillum ſub trib⁹ ſeraturis ⁊ diuerſificatis
clauibus penes dictos tres abbates/vel in aliquo monaſterio
de quo eis magis expedire videbitur apud aliquē vel aliquos
quē vel quos eligendū vel eligendos decreuerint/iam dictū ſi
gillū modo p̄tacto ſeruetur/predicte tamē ꝑſone quibus de di
ctorum abbatis ciſtercieñ ⁊ quattuor coabbatū dictarū totidē
ꝑncipaliū filiarū ꝯſilio/ipſi tres abbates vt p̄dicit̃ cõmittēt vi-
ces ſuas dū nõ ſolutas cõtributiões receperint/poterūt de ſo
lutionib⁹ particularib⁹ que fient extra capitulū generale reco-
gnitiones facere ſub ſigillis ꝓprijs eorundē/Sed illas que fiēt
poſtmodū eis ſigillabunt̃ p̄dicto ſpeciali ſigillo. Premiſſa ve-
ro circa ordinationē cõtributionū ſic exacte ac diligēter obſer-
uent̃ in ordine antedicto/ꝙ etiā ꝑ generale capl'm/vel aliū/ſeu
alios quoſlibet quouis colore queſito cõtra ea nihil fieri preſu
mat̃/⁊ ſi qs ſecus attēptare p̄ſumpſerit icurrat excõis ſentētiā
ip̄o facto: 18 Nēpe cauti⁹ ꝓuidere volētes ꝙ ꝓ diuini cul
tus ⁊ alijs obſequijs p̄ſtandis in ordine p̄libato/ꝑſone recipi-
ant̃ idonee ipſis officijs cõgruētes/ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹/ꝙ de

cetero in eodē ordine nō recipiant in monachos vel cōuerſos/ niſi pſone idonee ad ea que cōueniūt monachis vel cōuerſis p̄dicti ordinis/ ⁊ niſi p abbates monaſteriorū vel principalit p̄ſidētiū regiminib⁹ aliorū locorū cōuentualiū ipſi⁹ ordinis ⁊ infra monaſteria ſeu loca hmōi cū cōſilio ſeniorū de cōuentu ſeu maioris vel ſanioris partis eorū monaſterij/ vel alteri⁹ loci cōuentualis in quo monachorū vel cōuerſorū fiet receptio p̄dictorū/ Si ſecus actū fuerit carere iurib⁹ decernētes. 19 Profecto quia honeſtas/ tēperantia/ ⁊ modeſtia debent in cunctis pſonis eccleſiaſticis ⁊ maxime regularib⁹ diuinis laudibus ſedulius dedicatis/ locū p̄cipuū obtinere/ ſtatuimus ⁊ etiā ordinamus/ vt omnes abbates ⁊ p̄ſidentes regiminib⁹ alioꝝ locorū cōuentualiū ⁊ monachi eiuſdē ordinis/ pannis bruni/ vel albi coloris/ dumtaxat vtantur/ ⁊ ꝙ domicellū ſeu domicellos de veſtibus vel robis ptitis aut virgatis indutū vel indutos ſiue alias ſumptuoſis ducere nō p̄ſumant. Ab ꝙ a curioſitate ac ſupfluitate vaſorū argenteoꝝ/ lectiſterniorū/ ⁊ quorūlibet ornamentorū curent penitus abſtinere. Contrariū vero faciētes p patres abbates eoꝝ/ ⁊ p viſitatores/ vel p capitulū generale ipſius ordinis taliter puniant/ ꝙ metus pene aliorū ſic excedere volentiū meta exiſtat. 20 Et ꝙ abbates monaſteriorum ⁊ p̄ſidentes regiminib⁹ aliorum cōuentualiū locorum dicti ordinis exceptis abbate ciſtercieñ ⁊ quattuor coabbatibus totidē principaliū filiarū ſupradictis/ qui ſunt ⁊ p tēpore fuerint vltra vnū ſecularē clericum ſiue laicū equitantē ducere nō p̄ſumant. 21 Quia vero pſonas regulari obſeruātie deditas/ docet potiſſimū ab eſu ꝓhibitoꝝ cibarioꝝ tam virtutiſ amore ꝙ pene formidine abſtinere/ ne ab eis in caſtmargie lubricū deſcendant/ auctoritate p̄ſentiū firmiter inhibem⁹/ ne deinceps abbates ⁊ monachi dicti ordinis extra monaſteria ſeu loca ꝯuētualia eiuſdē ordinis/ ⁊ etiā ipſi monachi infra monaſteria ſeu loca hmōi/ aut in cameris ⁊ extra infirmitoriū cōmune/ carnes vel pulmēta cum carnib⁹ condita vel decocta p̄ſumant comedere/ ꝯtra obſeruantiā dicti ordinis diucius obſeruatā. Nos eīn licētias quas aliqui abbates ⁊ monachi iā dicti

ordinis dicunt a ſede ap̄lica ſup̄ eſu carniū ſe habere cū̄ tales licētie redundēt in ſcandalū aliorū/penit⁹ reuocamus. Monachus aūt vel cōuerſus qui hm̄oi noſtre inhibitiōis transgreſſor extiterit/trib⁹ diebus ꝓ qualibet carniū vel dictoꝝ pulmētoꝝ comeſtione ieiunare in pane teneaꝰ ⁊ aqua/ ⁊ ꝙ nihilominus quolibet ipſoꝝ dierū in capitulo regularē accipiat diſciplinā/Sed abbas inhibitionis p̄fate transgreſſor nō ad diſciplinā ipſam/ſed ad hm̄oi ieiunia teneaꝰ/⁊ ſi ſcienter hec omiſerit negligēter facere obſeruari/etiā ex negligētia hm̄oi teneaꝰ ad ieiunia p̄libata/quequidē pene nulli remitti valeant/nec ſup̄ eis vel ipſarū parte aliqua cū aliquo diſpēſari/qđ ſi aliqui ſup̄ eſu carniū vel pulmentoꝝ p̄dictorū ſepe inuenti fuerint delinquētes/ſeu eſum ip̄m cōtra ordinationē hm̄oi frequētantes/⁊ p̄ abbatē ꝓprios/ꝙ a talib⁹ abſtineāt/canonice moniti nō deſtiterint/ſint poſt monitionē hm̄oi p̄ bienniū eo ip̄o inhabiles ad quecūq̄ officia ⁊ adminiſtrationes in eodē ordine obtinenda/obtinētes vero illa remoueanꝰ/ſi abbatib⁹ eorū viſum fuerit/ab obtētis. Inhibem⁹ quoq̄ ꝙ nullus monach⁹ vel cōuerſus dicti ordinis cuiuſcūq̄ cōditionis exiſtat etiā ſi officiū habeat/niſi egritudine graui vl̄ debilitate detētus fuerit/ carnes de cetero in cameris infirmitorij comedere p̄ſumat. Sed om̄s comedant in refectorio cōmuni infirmitorio deputato. Nec̄ carnes parenꝰ vel decoquātur alibi q̄ in infirmitorio cōmuni ſeu in coquina eidē infirmitorio deputata vel impoſterū deputanda/niſi abbas ex aliqua cauſa rationabili alibi decoqui vl̄ parari mandaret eaſdē/vel in eius abſentia ille cui dictus abbas cōmiſerit vices ſuas. Ubicūq̄ aūt carnes ꝓ alijs q̄ ꝓ infirmis vel debilib⁹ parate fuerint/p̄ infirmariū inter comedētes in infirmatorio diuidanꝰ. Abbatib⁹ vero benemeritis qui ceſſerūt vel cedent impoſterū ſpōtanea volūtate locus ⁊ eſus carniū p̄ abbatē ꝓpriū ſm̄ ſue diſcretionis arbitriū cōcedanꝰ. Et q̄lib et abbas dicti ordinis ex indulgētia poſſit iterdū aliq̄s fratrū nūc hos ⁊ nūc illos/prout neceſſitas poſtulauerit aduocare/ipſoſq̄ ſecū in camera ſua melius ⁊ pleni⁹ exhibere. Abbates aūt ⁊ alie notabiles pſone ipſi⁹ ordinis ad monaſteria

declinātes de abbatis vel eo abſente de pſidētis regimini eiuſ dē monaſterij licētia vt in camera ipſi⁹ abbatis vel in cōmuni infirmitorio carnib⁹ vti poſſint. Et qm̄ aliqui monachi dicti ordinis in nōnullis monaſterijs ⁊ ſtudijs ſibi temere vēdicare pſumunt ꝙ certis dieb⁹ qualibet ſeptimana iuxta obſeruantias ſeu cōſuetudines/vel ſtatuta que ſup hoc allegāt/minus tamē rōnabilia/eis carnes debeāt miniſtrari. Nos hmōi abuſū/obſeruātias/cōſuetudines/ſeu ſtatuta hmōi vtpote vergētia in eorū religionis opprobriū ⁊ exempli pniciē alioꝝ penituſ reprobātes/auctoritate ordinam⁹ eadē/qd nullus abbas/prouiſor/prior/cellarari⁹/vel alius deinceps hec aliquaten⁹ obſeruare pſumat/nec etiā obſeruari pmittat aut miniſtrare vel miniſtrari facere occaſione obſeruantiarū/cōſuetudinū ſeu ſtatutoꝝ pdictorū carnes alicui pdicti ordinis pterꝙ in alijs caſibus licitis ⁊ pmiſſis. 22. Cūꝗ tam ſcdm canonica ꝙ regularia inſtituta in vnū locū dormire debeāt monachi vniuerſi/⁊ pretextu camerarū ſeu ſectarū que in aliquib⁹ monaſterijs extra infirmitoria/⁊ ppter cellas que in dormitorijs ſunt conſtructe/multe ſunt inhoneſtates ⁊ diſſolutiōes inducte. Nos ſup his expreſſius ⁊ ſalubrius puidere volētes. Statuim⁹ ⁊ ordinamus qd nullus de cetero monachoꝝ in cameris iacere audeat/ niſi ſolūmodo ppter inualitudinē corporalē/⁊ tūc in cameris infirmitorij dūtaxat ſed oēs in dormitorio iaceāt/niſi forte ab hoc aliquis ppter officiū excuſet/⁊ tunc poſſit alibi/ ſi aliter cōmode in dormitorio iacere nō valeat. 23 Ad hoc etiā ſtatuēdo ⁊ ordinando adijcim⁹/ꝙ deinceps celle in dormitorijs nullatenus cōſtruant/⁊ ſi que iā cōſtructe fuerint/oīno p abbates vel principales platos pprios infra tres mēſes a tēpore quo hoc ſtatutū ⁊ ordinatio ad eos puenerit/⁊ eis negligētibus ſeu nō valentib⁹ p viſitatores in pma viſitatione quā impendēt auctoritate aplica deſtruant. Et ꝙ ſup his reſiſtētes eiſdē/vel impedimentū aliqd pſtantes ſeu pſtari pcurantes/⁊ ad hoc dantes auxiliū/cōſiliū/vel fauorē/publice vel occulte incurrāt excōicationis ſentētiā ipſo facto. A qua quidē ſentētia nequeāt niſi p viſitatores abſolui pfatos/quos etiā ipſi viſitatores per

alia iuris ⁊ ſtatutorū eiuſdē ordinis remedia valeāt cohercere. Priores tñ clauſtrales ⁊ ſuppriores poſſint iuxta abbatis vel p̄lati principalis arbitriū cellam habere infra dormitoriū: competentē. Dicti autē viſitatores quod ſup his inuenerint vel fecerint referant plene ac fideliter in ipſi⁹ ordinis ſubſequēti capitulo generali. 24 Quia vero in nonnullis monaſterijs ſeu alijs locis cōuentualib⁹ dicti ordinis ſeruari dicit̄ abuſiue q̄ quilibet monachus certi bladi/panis/vini/vel pecunie recipiat portionē. Nos p̄ſus abuſum huiuſmodi deteſtātes/⁊ etiam abolētes/ac volentes in hac parte vtiliter ꝓuidere auctoritate p̄dicta/firmiter ꝓhibemus q̄ deinceps in nullo ipſius ordinis monaſterio fiant hm̄oi portiones. Sed miniſtrent̄ vnicuiq; ꝓut cōitas eiuſdē ordinis obſeruauit hactenus atq; ſeruat. Adijcientes ⁊ ꝓhibentes etiā q̄ nulli monacho certi redditus aut ꝓuentus/ſeu pars reddituū vel ꝓuentuū aut aliqua penſio pro victu vel veſtitu ſeu ex quacūq; alia cauſa de cetero cōcedant̄/vel alicui aſſignētur/aut alicui vel aliquibus monachis ab extraneis cōceſſi vel donati ꝑmittant̄ eiſdē. Sʒ in vtilitatē monaſterioꝝ ipſoꝝ ꝑ abbates ꝓprios cōuertant̄. Nec q; inter abbates ⁊ ꝯuentus/aut officiales alicui⁹ monaſterij dicti ordinis nequaq̄ fiat ſectio bonorū/ fructuū/reddituū/vel ꝓuentuū eorū. Sed cōmunibus ipſorū vſibus deputent̄. Nos eñ conceſſiones vel aſſignatiōes eiſdem monachis de dictis redditib⁹ vel ꝓuentibus/ſeu eorū parte aut penſione aliqua/ vt premiſſum eſt factas/ac ſectiones bonorum ſeu diſcretiōes fructuū/reddituū/vel ꝓuentuū huiuſmodi ſi que facte ſunt totaliter reuocamus. Abbates vero qui deinceps portiōes p̄dictas aut ſectiones ſeu diuiſiones hm̄oi bonoꝝ ⁊ alioꝝ p̄fatoꝝ monaſterioꝝ ſuoꝝ fecerint vel fieri cōceſſerint/aut hacten⁹ factas ſeruari ꝑmiſerint deponant̄. Monachi aūt qui p̄dictis reſtiterint vel impedimētū ꝑ ſe vel aliū p̄ſtiterint ſeu p̄ſtari ꝓcurarint/ tāto tēpore carceri mancipent̄/quāto abbati ſeu alij p̄ncipali p̄lato eoꝝ viſū fuerit expedire/ac ſi etiā abbati vel ipi p̄ncipali p̄lato in hoc ꝯtradixerint ꝑpetuo carceri mācipent̄. 25 Abbatib⁹ vero bn̄ meritis q̄ volūtarie ceſſerūt vel cedēt impo

ſterũ/ſufficiẽs ⁊ ꝯgrua ꝓuiſio ꝓut patri abbati ⁊ abbati ſucceſ-
ſori cedẽtis abbatis/ de ꝯſilio ſeniorũ/ de cõuẽtu illiꝰ monaſte-
rij cuiꝰ regimini ceſſit vel cedet viſũ fuerit aſſignet̃/ ⁊ etiã p̃beã
tur. 26 Et vt oĩs euagatiõis ac inutiliũ expenſarũ occaſio
ſubtrahat̃ auc̃te inhibemꝰ eadẽ/ ne quiſq̃ monachꝰ vel cõuer-
ſus dicti ordinis cuiuſcũq̃ ſtatꝰ vel ꝯditionis exiſtat eq̃taturã
tenere p̃ſumat/ cellararijs/ ꝓcuratoribꝰ/ ⁊ grangiarũ guberna-
toribꝰ dũtaxat exceptis/ quibꝰ abbas poſſit hoc de vna tñ cõ-
cedere ſi viderit expedire. Cellararijs tñ ciſtercieñ ⁊ aliorũ q̃ttu
or monaſteriorũ totidẽ p̃ncipaliũ filiarũ p̃dictarũ due poſſint
equitature cõcedi ſi eoꝝ abbatibꝰ videat̃. 27 Quis autẽ
cõtra monachos ꝓprietarios/ exceptis adminiſtratoribus/ ſit
plene ꝓuiſũ ꝑ canonicas ſanctiões/ cũ abdicatio ꝓprietatis ſit
annexa regule monachali/ nos tñ ſpẽalius ꝓuidere volentes ꝙ
illos monachos ⁊ cõuerſos dicti ordinis/ qui ſue ſalutis obliti
ꝯtra regularẽ inſtitutionẽ/ pecunia ꝯgregata/ iura/ poſſeſſiões/
redditꝰ/ penſiões/ aĩalia/ ⁊ alia bona emerũt/ ⁊ emũt/ ſeu emi fe-
cerũt/ ⁊ faciũt aliq̃ñ ꝓprio ⁊ ſepe nomĩe alieno/ multis ſuꝑ his
figmẽtis adhibitis/ alijſq̃ ipſa tradunt aĩalia nutriẽda/ ⁊ cum
augmento vel lucro ſibi vel alteri reddenda eoꝝ nomine/ ſeu
ꝓ ipſis/ ⁊ alios multos cõtractus tanq̃ negociatores exercẽt.
Nec nõ appetẽtes lucra turpia/ ⁊ ſectãtes peculiũ occultãt/ ⁊ il-
licite detinẽt in ſuarũ ꝑiculũ aĩarũ/ auc̃te p̃fata decernimꝰ om-
nia p̃miſſa/ q̃ tñ alias reſtitutiõi nõ ſubiaceãt alioꝝ/ fore ꝑ ab-
bates ꝓprios monaſterijs ꝓprijs applicãda/ ⁊ in vtilitatẽ ipſoꝝ
monaſterioꝝ totalit̃ ꝯuertẽda. Nec̃ ipi abbates alicui mona
cho vel ꝯuerſo talia faciẽdi licẽtiã neq̃ant ĩptiri. Et ꝙ dicti mo
nachi ⁊ ꝯuerſi p̃dicta cõmittẽtes vel hmõi applicatõi ſeu ꝯuerſi
oni aliqualiter reſiſtẽtes/ vel ĩpedimẽtũ publice vel occulte p̃-
ſtantes/ ſeu p̃ſtari ꝓcurantes/ ⁊ peculiũ p̃dictũ nõ reuelantes/
⁊ reddẽtes abbatibꝰ p̃libatis/ ſint eoipſo inhabiles ad q̃dcũq̃
officiũ/ adminiſtrationẽ/ regimẽ/ ⁊ gubernationẽ quamlibet in
eodẽ ordine obtinẽda. Permittimꝰ tñ ꝙ cũ ipſis monachis et
cõuerſis poſſit abbas eorũ ſuꝑ penis hmõi diſpẽſare/ dũ p̃di-
cta reuelauerint/ ⁊ plene reſtituerint q̃ñ eis videbit̃ expedire.

Monachis aūt ⁊ cōuerſis etiā adminiſtrationes habentibus
pecunias vel alia bona ꝗbuſcūq; mutuātibꝰ/vel debita fingē-
tibus que nō debēt/talis pena ꝑ abbates ꝓprios imponatur
que ſit illis ad ſalutaris correctiōis ꝓfectū/⁊ ceteris attēptare
ſiſ'ia volentibus in exemplū. 28 Et quia ꝑ miniſtros ꝓui-
dos adminiſtratiōes bonoꝝ cōſueuerūt fructuoſe ac laudabi-
liter exerceri/volumꝰ vt abbates monaſteriorū eiuſdē ordinis
ſic bona monaſteriorū ſuoꝝ diſpēſare/ac ꝓuidere talia teneā-
tur/ꝙ monachis ⁊ cōuerſis tā ſanis ꝙ̄ infirmis ſufficiēter ꝓui-
deaꝛ in victu ac veſtitu ſcd̄m cuiuſq; monaſterij facultates/ et
qualitates cuiuſlibet regiōis. Q̄ꝫ in monaſterijs p̄dictis/ nō
plures monachi vel cōuerſi ponanꝛ ꝙ̄ ex facultatibꝰ dictorum
monaſteriorū poſſit cōgrue ꝓuideri. 29 Prebere ꝗppe ma
teriā intēdentes ꝙ in eodē ordine ꝑ ſacre theologie ſtudiū ꝓfeſ
ſores ipſiꝰ erudianꝛ ⁊ illuſtrenꝛ in illa/ vt in eccl'ia dei ſibiipſis
⁊ alijs fructꝰ ſalutis/fauoris/honoris/⁊ honeſtatis/celeſti agri
cola irrigante ac multiplicāte ꝓducant/natura deliberatione
p̄habita ſubſcripta de p̄fato ⁊ alias litterali ſtudio ſcholaribuſ
ꝓuectis ac doctoribꝰ/⁊ alia que circa ea rationabilia ⁊ oportu-
na fore ꝓſpeximus/auctoritate ſepedicti ſtatuimꝰ/ ordinamꝰ/
⁊ diſponimus/ ꝓ moderno ⁊ poſtero tēpre valitura ꝑpetuo ⁊
inuiolabiliter obſeruāda/videlicet ꝙ generalia ſtudia dicti or-
dinis in ſacra pagina pariſiꝰ/Exonie/Toloſe/⁊ apud montē
Peſſulanū Magalonen̄ dioc̄/deinceps exiſtant. Studiū aūt
ꝙ Stelle Pāpilonen̄ dioc̄ fore cōſueuit in ſalamanticā trāſfe-
rimus ꝓpter ꝓpinquitatē ſtudij Tholoſan̄. Ordināꝰes ꝙ Bo
nonie fiat ſtudiū q̄n cōmode fieri poterit domus ꝓ ſtudentibꝰ
vel emaꝛ. Fiatq; Salamātice illud idem. Metis quoq; ſic par
ticulare ſtudiū in ſcientijs p̄mittimus/vbi etiā domus ꝓ alama
nis ꝑ generationē ſupradicti monaſterij Morimundi ematur
quātū generatio ipa in alamāniā ſe extendit. Q̄ꝫ domibus
eorū qui ſtudebūt Bononie ac Salamātice illi abbates ſeu re
ctores eorū p̄ſint/de quibus ordinabiꝛ ꝑ ipſiꝰ ordinis capitu-
lū generale. De his nāq; ꝓuincijs ſcꝫ de Viennen̄/ Tarenta-
ſien̄/Ebredunen̄/Arelaten̄/Aquen̄/Narbon̄/Bituricen̄/Aug

tanẽſ/Terraconẽſ/Ceſarauguſteñ/Burdegaleñ/ꝛ Tholoſañ ad pfata Tholoſañ ꝛ Mõtiſpeſſulani ſtudia tranſmittantur. Qui vero ad ſtellã mitti cõſueuerũt Salamanticã deſtinentꝛ/ exceptis illis de regno Nauarre qui mittantꝛ ad ipm ſtudium Tholoſañ. Sed alamãni dirigantꝛ ad ſtudiũ Meteñ ꝓ dictis ſcientijs pmitiuis. Ad qḋ quidẽ Meteñ ſtudium nullus de generatione Claraeuallis mittatur inuitꝰ/Bononiã aũt italici/ et Exoniã anglici/Scoti vallenſes ꝛ hybernici deſtinentur. 30 Sed ad ſtudiũ Pariſieñ qḋ eſt ceteris pcipuũ ꝛ fons oim̃ ſtudiorũ indiſtincte mittantꝛ ex omniũ natione vel generatione ſm modũ inferiꝰ annotatũ/videlicet ꝙ abbates monachos illos quos habebũt ad dicta ſtudia mittere/ad ea de cõſilio patriſabbatis vel viſitatoris ꝛ ↄuentꝰ ꝓprij aut ſanioris partis eiuſdem cõuentus trãſmittere teneantꝛ. Sic tñ ꝙ mittantur magis dociles ꝛ idonei/necnõ ad ꝓficiendũ diſpoſiti/ ꝛ ꝙ tali tẽpore tranſmittantꝛ ꝙ prima die menſis octobris/ vel circa in ſtudio Pariſieñ exiſtant/In alijs vero ſtudijs in beati Luce vel oim̃ ſanctoꝝ feſtis infallibiliter ſint pſentes. 31 Numerꝰ autẽ mittendorũ videtꝛ ſufficere ꝓut ſequitꝛ cõſideratis oneribꝰ iam dicti ordinis ꝛ tẽporũ qualitate ſcꝫ de quolibet monaſterio cuiuſcꝫ ꝓuincie ſeu generatõis in q̃ ſunt vel erũt aut eſſe poterũt quadraginta monachi vel ſupra Pariſiꝰ debeãt mitti duo/de quolibet vero monaſterio in quo ſũt vel eſſe poterũt triginta monachi ꝛ ſupra vſcꝫ ad quadragita monachos excluſiue/ ad idẽ ſtudiũ Pariſieñ debeat mitti vnus. Et de quolibet monaſterio in quo erũt vel eſſe poterũt decẽ ꝛ octo monachi ꝛ ſupra vſcꝫ ad triginta monachos excluſiue/ad alia generalia ſtudia vel Pariſiꝰ/ſi mittẽtes maluerint debeat ſiĺiter vnꝰ monachũſ deſtinari. Ad Meteñ aũt ſtudiũ cum fuerit inſtitutũ de q̃libet monaſterio gnãtionis dicti monaſterij Morimũdi quãtũ ipa gnãtio ſe in alamãniã ꝛ vltra Renũ extẽdit in quo erũt vel eſſe poterũt a decẽ ꝛ octo monachi incluſiue vſcꝫ ad triginta monachos excluſiue vnꝰ mittatꝛ ad minꝰ ꝓ ſciẽtijs pmitiuis. Pro q̃bus dũmõ ipſi mittẽtes ad illud mittãt deſtinare ad alia non cogantꝛ. 32 Prouiſionẽ equidẽ ſtudẽtiũ taliter limitamꝰ/

⁊ ſufficientē eſſe conſpicimꝰ/ videlilicet ꝙ magiſter regēs Pari
ſius de cōi cōtributione dicti ordinis vel de redditibꝰ cōibus
octuaginta libras turoneñ paruoꝝ/ ⁊ a monaſterio proprio vi
ginti quinqꝫ libras eiuſdē monete ꝓ burſa/ ⁊ alijs neceſſitatibꝰ
ſuis. Baccalarius vero regens Pariſiꝰ de dicta cōmuni vigin
tiquinqꝫ/ ⁊ a ꝓprio monaſterio alias vigintiquinqꝫ ꝓ burſa/ et
alijs neceſſitatibꝰ eius. Ac lector biblie in eodē ſtudio de pre-
fato cōmuni decē/ ⁊ a ꝓprio monaſterio viginti libras ipſiꝰ mo
nete ꝑcipiant annuatim. Quilibet vero ſcholariū ſtudens in
ipſo ſtudio viginti libras dicte monete a ꝓprio monaſterio ꝓ
burſa ⁊ alijs neceſſitatibꝰ ſuis ꝑcipiat ſimiliter ānuatim. Sed
in alijs ſtudijs patres abbates ipſoꝝ ſtudioꝝ rectores/ magr̄o
in theologica facultate in illis regenti/ de quadraginta libris
p̄dicte monete ꝓ burſa ⁊ alijs neceſſitatibꝰ ſuis ꝓuidere annis
ſingulis teneant̄. Qñ autē baccalatiꝰ in eiſdem ſtudijs reget/
vbi cōmode nō reperiret̄ magiſter/ teneant̄ dicti patres abba-
tes dicto baccalario de triginta libris p̄dicte monete ꝓ burſa
⁊ omnibꝰ neceſſitatibꝰ ſuis annis ſingulis ꝓuidere. Ordina-
mus quoqꝫ vt in quolibet generali p̄dicoꝝ ſtudiorū/ vnus q̄
bibliā biblice ſeu textualiter cōtinuo legat exiſtat/ cui vltra q̄n-
decim libras iam dicte monete/ quas ꝑcipiat a ꝓprio monaſte
rio ꝓ burſa centū ſolidi eiuſdē monete ꝯ omnibꝰ alijs neceſſi-
tatibus ſuis annuatim a cellarario de burſis ſcholariū tribuā-
tur. Quilibet aūt ſcholaris in dictis alijs ſtudijs gnālibꝰ p̄ter
ſtudiū Pariſieñ/ ac in dicto ſtudio Meteñ q̄ndecim libras p̄di
cte monete a ꝓprio monaſterio ꝓ burſa ⁊ oībus alijs neceſſita
tibꝰ ſuis ꝑcipiat ānuatim. Siq̄dē oēs ꝓuiſiōes hmōi tā abba-
tes dictoꝝ ſtudioꝝ rectores q̄ʒ abbes ꝓprij/ ꝓut quēlibet eoꝝ
cōting[illegible] ſeu tāgere poterit mittē teneant̄ ad dicta ſtudia/ eoꝝ
ſūptibꝰ/ ⁊ illas ibidē ſoluē termīs ſupiꝰ deſignatꝭ/ q̄bꝰ ipſi mit
tēdi eſſe debēt ī ſtudijs memoratis. 33 Cellararij vo ⁊ alij
expenſas dictoꝝ ſtudiorū faciētes teneant̄ iuramētū p̄ſtare/ ꝙ
omnia que recipiēt de ꝓuiſionibꝰ ipſorū ſtudiorū ⁊ ſtudentiū/
fideliter diſpenſabūt/ ⁊ tenebunt̄ etiam reddere rationē de re-
ceptis ⁊ expenſis in fine cuiuſlibet menſis/ p̄ſentibꝰ magiſtro

ſeu lectore dictorū ſtudiorū baccalario ⁊ ꝓuiſore/ac ſeptē alijs
diſcretiorib⁹ ſcholaribus quos dicti ꝓuiſor magiſter ⁊ bacca-
larius ad id deliberauerint aduocādos. Et vt ipi abbates qui
ad mittendū ⁊ ꝓuidendū aſtringunt̃/ꝓut ſuperius eſt expreſ-
ſum diligentiā adhibeant/⁊ abijciāt deſidiā in premiſſis. Uo-
lumus ⁊ ordinam⁹ ꝙ abbas qui dictis terminis monachos ſeu
monachū queādmodū pretactū exiſtit nō miſerit cum ꝓuiſio-
nibus ſupradictis/teneat̃ elapſo menſe duplū ꝓuiſionū huiuſ
modi ſuis expenſis mittere ad ſtudiū antedictū. Cuius quidē
dupli medietas ſtudenti ꝓ quo mitti debebant ꝓ libris appli-
centur emendis/⁊ alia in vſus cōmunes aliorū ſtudentiū ꝑ cella
rariū cōuertatur. Et ſi dictus abbas duplū prefatū/vt p̄fertur
infra ſex menſes dictos terminos imediate ſequētes nō miſe-
rit/ei ſit eoipſo elapſis ipſis ſex mēſib⁹ ingreſſus eccl'ie interdi-
ctus/dictas penas incurrant patres abbates eorundē ſtudiorū
rectores/qui dictis terminis nō miſerint ⁊ non ſoluerint ꝓuiſi
ones prefatas/ꝓut ſuperius eſt deſcriptum. Qꝫ ſi predicti pe-
nas huiuſmodi ꝑ tres menſes dictos ſex immediate ſequētes/
pertinaciter tolerarint/eoipſo a diuinis officijs ſint ſuſpenſi.
54 Et vt eiſdē ſtudentib⁹ animarū cura nō deſit/volumus
⁊ ordinamus/ꝙ in eiſdē ſtudijs generalib⁹ patres abbates ipo
rum ſtudiorū rectores/deputent idoneos ꝓuiſores/qui curam
habeāt animarū ſtudentiū in eiſdē/quiq; illos corrigant ⁊ ab/
ſoluant ſicut ꝓprij abbates ſubditos ꝓprios corrigere ⁊ abſol
uere poſſunt in monaſterijs eorundē/ꝓpter hoc tamē dicti ſtu
dentes a poteſtate ꝓprij abbatis exempti aliquaten⁹ non exi-
ſtant/vbi autē erit aliquis de ordine ipſo in Pariſieñ ſtudio aſ
ſignat⁹/qui ſit vite laudabilis aliaſq; idone⁹ ⁊ diſcret⁹ ⁊ ad bac
calariatū vel magiſteriū theologie diſpoſit⁹ ⁊ ꝓpitius/abbas
ciſtercieñ qui eſt pro tempore cū cōſilio magiſtroꝝ baccalarioꝝ
⁊ ꝓuiſoris dom⁹ ſtudētiū Pariſ mādet abbati ꝓprio ꝙ tale nō
reuocet. Sꝫ eū ꝑmittat in hmōi ſciētia ꝑfici/⁊ ad ſtatū baccala
riat⁹/ac honorē magiſterij ꝓuehi/lecturāq; ꝯtinuare/ꝓut ipſi⁹
ordinis generale capl'm ordinabit/ poſſit tñ ipm gnāle capl'm
deficiētib⁹ magiſtris ſeu baccalarijs in theologia talē etiā an

baccalariatũ vel magiſteriũ in quolibet p̄dictoꝝ generaliũ ſtu
dioꝝ/p̄ncipalē deputare lectorē/ſi eidē gn̄ali capl'o viſũ fuerit
expedire. 35 In fauorē vtiꝫ ſtudij eiuſdē theologie vt ab
alũnis eiuſdē ordinis ſtudentibꝰ illi feruētius intendat. Sta-
tuimꝰ ordinamꝰ ⁊ ꝓhibemus expreſſe ꝙ in nullo dictoꝝ ſtudi-
orũ legant vel audiãtur iura canonica/nec etiã extra illa ꝑ ali-
quē ſtudentiũ eorundē/ꝙ ſi quis cõtrariũ attemptare p̄ſump-
ſerit ſit eoipſo ad clauſtrũ ſuũ ab hmõi ſtudio reuocatus. Nec
cellararꝰ dictoꝝ ſtudiorũ extunc in aliquo illi ꝓuideat. Sed in
cõtinenti ad ꝓpriũ monaſteriũ remittat/de tranſgreſſione ac
inobediētia hmõi ſm arbitriũ abbatis ꝓprij puniēdus. 36
Et vt in dictis ſtudijs ꝓ ſtudentibꝰ in eis neceſſaria nõ deſint
obſequia. Volumus ⁊ ordinamꝰ vt p̄fati abbates ipſoꝝ ſtudi
orũ rectores in eis ꝓuideant de cellararijs ⁊ alijs officialibus
idoneis/ꝓut neceſſitas vel vtilitas cuiuſlibet ſtudioꝝ requi-
ret ipſoꝝ. Quiq; ipſi cellararij ⁊ officiales iuramentũ p̄ſtabũt
de fideliter diſpēſando/ac de receptis ⁊ expenſis rationē red-
dendo/quēadmodũ ſupius eſt exp̄ſſum. Et qꝛ decet ac expe-
dit vt inter ſtudia cetera ſtudiũ Pariſieñ refloreat/ ⁊ iuge ſine
intermiſſionis diſpendio habeat. Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ
in eodē ſtudio Pariſieñ deputent magiſtri/baccalarij/ ⁊ lecto-
res biblie/ac ꝓuiſores/cellararij/⁊ alij officiales ꝑ dicti ordinis
capl'm generale. Qꝫ ſi ipſi vel aliquis eoꝝ deficiant ſeu ex ali-
qua cauſa magiſtri/baccalarij/⁊ lectores lecturã aſſumere vel
cõtinuare/aut cellararij ⁊ officiales p̄fati ſua officia exercere ne
quirent/ſurrogent alij loco eorũ ꝑ viſitatorē illius anni/ vſq;
ad ſequens dũtaxat capitulũ generale/in alijs etiã ſtudijs ge-
neralibꝰ magiſtri ſeu lectores principales ꝑ dictũ generale ca-
pitulũ deputētur. Alij vero minores lectores ⁊ officiales ꝑ ab-
bates eorundē ſtudiorũ rectores debeãt deputari. 37 In
ampliorē nãq; fauorē ⁊ cõtinuationē durabilē ſtudij hmõi the
ologic iam dicte/ſtatuimꝰ ⁊ ordinamus ꝙ q̄diu ꝓ dictis ſtu-
dijs generalibꝰ/p̄ter Bononieñ/Salamãtiñ/⁊ Meteñ ſtudia/
magiſtri in theologia idonei de p̄fato ordine in eodē ſtudio Pa
riſieñ/vel ſi nõ ibi alibi poterũt reperiri /teneat idem capitulũ

generale magiſtrꝝ in theologia principalē deputare lectorem.
Alioquin magis idoneū baccalariū quē ad hoc poterunt Pa-
riſius vel ſi nō ibi alibi reperiri/ quos dictū capitulū generale
ad ſuſcipiendū ꝛ cōtinuandū lecturā hmōi/ſi neceſſe fuerit/per
cenſurā eccleſiaſticā ꝛ alia oportuna remedia ſublato appellati
onis obice/etiā auctoritate aplica coartandi/dicto capitulo ac
diffinitoribꝰ ipſius/necnō abbatibꝰ dictorū ſtudiorū rectoribꝰ
cōiter vel diuiſim plenā atq; liberā tenore pñtiū concedimus
poteſtatē. Prefato inſup caplo generali ſimilē ptātem cōcedi-
mus cōpellendi/appellatione remota/p cenſurā ꝛ remedia hu-
iuſmodi abbates ipoꝝ ſtudiorū rectores/ad recipiendū magi-
ſtros in theologia ꝛ baccalarios ad pdictū lecturā/ ꝛ ad ꝓuidē-
dum eiſdē de cōmuni cōtributione ipſius ordinis/ꝛ p burſa et
alijs neceſſitatibꝰ eorū/annis ſingulis ꝓut de ꝓuiſionibꝰ hu-
iuſmodi eſt ſuperiꝰ limitatū. Ipſi vero magiſtri non pompoſe
manere/ſeu laute viuere pſumant in ſtudijs antedictis/ſed hu-
militer ꝛ deuote legant/cibis cōpetentibꝰ veſcant/ ꝛ vno ſolo
ſeruitore clerico ſint cōtenti. In ſtudio autē Meteñ ꝓuideat
de lectoribꝰ ꝛ alijs officialibꝰ domus ſtudentiū/abbas ſupra-
dicti monaſterij Morimūdi qui eſt/ꝛ qui p tēpore fuerit de cō-
ſilio ſui cōuentus vel maioris ꝛ ſanioris partis eiuſdē ꝓut ſibi
videbitur expedire. 38 Et cum ſit dedecens ꝛ deforme vt
quis/pſertim religioſus/cū vanitate ꝛ imperitia cathedrā aſcē-
dat pminentie magiſtralis. Statuimꝰ ꝛ ordinamus q de cete-
ro nullus de ordine pdicto aſſumatur ad recipiendū magiſte-
rij ſeu doctoratus honorē/niſi prius p eum pſtito iuramēto in
pñtia ꝓuiſoris ꝛ ſtudentiū ipſiꝰ ordinis tunc pñtiū in ſtu-
dio in quo hmōi honorē recipere voluerit/ ſeu maioris partis
numero eorundē/q in aſſumptione ipſiꝰ honoris vel ante ſeu
poſt occaſione illiꝰ/circa cibos/veſtes/vel alia nō expendat p
ſe vel p aliū vndecūq; habuerit/vel fuerit ſibi datū/nec quātū
in eo fuerit vltra valorē mille turoneñ argenti expendi pmit-
tat ab alijs eius cōſanguineis vel amicis. Baccalarij etiam iu-
ramentū ſimiliter teneantur in pñtia predictorū q occaſione
baccalariatus ſui vel ante ſeu poſt nullum feſtū ſeu cōuiuium

faciant ꝑ ſe vel aliū/ſeu fieri permittant/quantū in eis fuerit a
quibuſcunqꝫ alijs eorū conſanguineis vel amicis. 39 Ad
hec deniqꝫ ſtatuimus ⁊ ordinam⁹ ꝙ quicūqꝫ dicti ordinis/ qui
tamē in eodē ſtudio Pariſieñ vel in aliquo alio predictorū ge-
neraliū ipſius ordinis ſtudiorū/ꝑ ſex annos in theologia ſtu-
duerint/⁊ ad hoc idonei extiterint in dicto ſtudio Pariſieñ poſ
ſint curſus biblie facere. Et qui per octo annos ſtuduerint vt
prefertur ſentētias legere in Pariſieñ ſtudio memorato. Non
obſtantib⁹ quibuſcūqꝫ ſtatutis ⁊ cōſuetudinib⁹ ac obſeruātijs
ordinis/monaſteriorū/locorū cōuentualiū/⁊ ſtudiorū ſepedic-
ctorū contrarijs iuramētis/cōfirmationibus aplicis/ aut qui-
buſuis firmitatib⁹ alijs roboratis ⁊ illo preſertim ſtatuto quo
in eodem ſtudio Pariſieñ caueri dicitur/ꝙ nullus poſſit legere
curſum biblie/niſi ibidem ſtuduerit ſeptē annis. Quodqꝫ nō
ꝑmittatur ſententias legere/niſi etiā inibi ſtuduerit decem an-
nis ꝓut ſic vel aliter in ſtatutis ipſi⁹ ſtudij Pariſieñ dicitur cō-
tineri. Necnon quibuſlibet priuilegijs/indulgentijs/⁊ litteris
apoſtolicis/ordini monaſterijs/locis cōuentualib⁹ ⁊ ſtudijs p̄-
fatis/ſiue vniuerſitatibus magiſtrorū ⁊ ſcholariū eorundē in
contrariū conceſſis/per que p̄ſentibus non expreſſa vel totali-
ter non inſerta effectus huiuſmodi ſtatutoꝝ ⁊ ordinationū no
ſtrorum omniūqꝫ aliorū ⁊ ſingulorum contentorū in eiſdem p̄-
ſentibus valeat quomodolibet impediri. Et de quib⁹ quorū-
cumqꝫ totis tenorib⁹ plenam ⁊ expreſſam oporteat in noſtris
litteris fieri mentionē. 40 Ne autem ſupraſcripta vel ali
qua ſeu aliquod eorundē in obliuiōis lubricū deducantur/ſeu
paruipendant̄ ab aliquo/quinimo vt de ipſis nūc ⁊ perpetuis
futuris temporib⁹ noticia certior habeatur/eadem auctoritate
ſtatuimus ordinam⁹ ⁊ diſtricte iniungim⁹/ vt in primo gene-
rali capitulo dicti ordinis ⁊ deinceps ſingulis annis in eodem
capitulo generali/ac ſemel quolibet anno in quocūqꝫ monaſte
riorū ⁊ locorum cōuentualiū predicti ordis omnib⁹ monachis
eorū in capitulo ad hoc ſpecialiter cōgregatis p̄miſſa omnia ⁊
ſingula de verbo ad verbū legantur/⁊ etiā publicentur. Nulli
ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtrorū voluntatū

conſtitutionū/ſtatutorum/ordinationū/permiſſionū/prouiſi-
onū/inhibitionū/reprobationum/ deteſtationū/abolitionum
reuocationū/diſpoſitionū/limitationū/ꝛ mandatorum infrin
gere/vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attem-
ptare p̄ſumpſerit/ indignationē omnipotentis dei/ ꝛ beatorū
Petri ꝛ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datum
apud pontem ſorgie Auinionen̄ diocẽ. iiij. Idus Julij. Ponti
ficatus noſtri Anno primo.

4) Premiſſa bulla dn̄i Benedicti eſt in forma gratioſa.
Sed eſt alia executorialis eiuſdem ſub cordula canapis in for-
ma rigoroſa/ que ſic incipit. Benedictus Epiſcopus ſer-
uus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Guill'o abbati monaſterij ciſter-
cien̄ Cabilonen̄ dioceſis. Salutē ꝛ apoſtolicā benedictionem.
Ad ſtatum ſacri tui ordinis in eccleſia dei. ꝛc. Ubi ꝓſequi-
tur omnia que in bulla p̄cedenti habentur/ Deinde in fine ha-
betur clauſula ſequens. Quia vero tanta eſt incentoris
maligni verſutia ꝛ malicia pugil atqꝫ ſolerſ/ quod tam ſeruos
dei q̄ etiam alios chriſtiani nominis titulo inſignitos ſuis tē-
taminibus nequiſſimis impellere ſatagit ꝛ proſtare/ poſſitqꝫ
proinde contingere quod q̄ plurimi abbates prelati ꝛ perſone
prefati ordinis erunt in pleriſqꝫ ſtatutorum ꝛ ordinationū hu-
iuſmodi tranſgreſſores/ ſicqꝫ penas per iiia inflictas incurrēt ꝛ
eccleſiaſtice in eis appoſite cenſure laqueis inuoluētur. Nos ex
officij noſtri debito quo ſalutem cunctorū appetimus/ ꝛ quan-
tū poſſumus procuramus/ ꝛ etiam ex paterne pietatis affectu
animarū periculis ocurrere cupientes. Tibi tuiſqꝫ ſucceſſori-
bus tui monaſterij abbatibus/ qui ꝓ tēpore fuerint hmōi trāſ
greſſores ſeu nō ſeruātes ſtatuta ꝛ ordinatiōes eadē/ abbates
videlicet p̄fatos monachos ꝛ cōuerſos p̄dicti ordīs quibuſlibet
excōicationū ꝛ ſuſpenſionū ſentētijs hmōi auctoritate aplica/
quotiens ꝛ qn̄ expedierit iuxta formā eccleſie abſoluendi/ nec-
nō interdicti ſententiā quā illos ob tranſgreſſiones hmōi pu-
gerit forte incurrere auctoritate p̄dicta relaxandi ꝛ eadē etiam

auctoritate diſpenſandi cũ eis ſup irregularitate ſi quã ſic liga
ti forſan cõtraxerint diuina officia celebrando/ vel ſe illis imi
ſcendo iniunctis cuiqʒ ipſorũ ꝓ delicti qualitate penitentia ſa
lutari/ ⁊ alijs que de iure fuerint iniungenda plenã atqʒ liberã
cõcedimus tenore preſentiũ poteſtatẽ. Datum apud pontem
ſorgie Auinionen̄ dioc. iij. Idus Iulij. Pontificatus noſtri
Anno primo.

Et hanc rigoroſam in forma dñs Pius pp. ij. cõfirmauit cũ
additione clauſule ſequentis. Ceterũ qꝛ difficile foret pre
inſertas ⁊ p̄ſentes litteras ad ſingula in quib⁹ de eis fides for
ſan fuerit/ loca deferre. Volum⁹ ⁊ aplica aucte ſup̄dicta decer
nim⁹ qꝙ ipſarũ tranſſũpto alicui⁹ ep̄alis vel ſuperioris eccleſia
ſtice curie ſigillo munito ac ſigno ⁊ ſubſcriptione notarij publi
ci legaliſqʒ ſignato/ in iudicio ⁊ extra tanqʒ ijpſis preinſertis et
p̄ſentibus litteris ſi exhiberentur plena fides adhibeat/ ⁊ proin
de ſtetur ac ſi ipſe preinſerte ⁊ p̄ſentes littere forẽt exhibite vel
oſtenſe. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã noſtrorũ
confirmationis/ cõmunitionis/ ſuppletionis/ cõſtitutiõis/ volũ
tatis/ ⁊ decreti infringere/ vel ei auſu temerario cõtraire. Si qs
autem hoc attemptare p̄ſumpſerit/ indignationẽ omnipoten
tis dei/ ⁊ beatorũ Petri ⁊ Pauli apoſtolorũ eius ſe nouerit in
curſurum. Datum Mantue. Anno incarnationis dominice
Milleſimo quadringẽteſimo qũquageſimonono. vij. kl. Au
guſti. Pontificat⁹ noſtri Anno primo.

Circa premiſſa Nota qꝙ ſummus iſte pontifex/ qui vt
ipſemet teſtatur/ a puero in ordine fuit nutritus/ p̄ſente ⁊ re
quirẽte diſcreto abbate ciſtercij/ cum alijs principalioꝛib⁹ ordi
nis patrib⁹/ tam ſollicite ſaluti animaꝝ omniũ abbatũ/ mona
chorũ ⁊ cõuerſoꝝ ordinis ꝓuiderat/ vt quotiẽs ſua tranſgredi
entur ſtatuta ⁊ mandata/ aut ob nõ paritionẽ excõicatiõis ſen
tentiã ſeu irregularitatis penã incurrent/ p ciſtercij abbatẽ ab
ſolui valeant/ hic aũt nullã conferat poteſtatẽ ad abſoluendũ

dictū abbatē ciſtercij/ſi in aliquo eorū forſan tranſgrediat̄/ne-
ceſſe eſt dicere/aut eundē ciſtercij abbatē omniū aliorū eſſe in-
feliciſſimū vtpote ab oculatiſſimo pontifice/ſeq̄ ipſo/ ⁊ a reli/
quis patrib⁹ ordinis in pi̇culo ſententiarū neglectū/⁊ eos om-
nes/minus de ipſo ⁊ ei⁹ cōſciētia/q̄ de alijs quibuſlibet cogi-
taſſe/aut ſummū pōtificē nō voluiſſe dictū abbatē ciſtercij ad
hmōi inſtituta ⁊ p̄cepta ſicut alios obligare/ſaltem quo ad pe-
nas ⁊ cēſuras. Primū qui dicere voluerit/videat ſi recte ſapi-
at. Scdm ergo tenendū videt̄. Et ſi eū ordinata in hac bulla
quantū ad ip̄m attinēt vt alij obſeruare teneatur/Nihilomin⁹
ſi qū q̄ vt homo tranſgrediat̄/penarū ibidē expreſſaꝝ culpam
nō incurrit/ſed ꝑ inobediētie culpa a ſimplici cōfeſſore ſicut de
alijs peccatis abſolui poſſe videt̄/ abſq̄ eo ꝑ abſolutione ab
huiuſmodi cenſuris ⁊ penis in iſta bulla taxatis ad aliquā ſu-
periorem auctoritatē eum recurrere oporteat/ quēadmodum
alij de ordine ſuo p iſtā clauſulā ad ipſum remittunt̄/ quia ad
eas papa ip̄m ligare vt videt̄ nō intendit. Sicut de p̄latis ſta-
tuta ſub penis cōdentibus doctores dicere ſolēt. Et ex hoc re-
ligioſa ⁊ ſalutaris inoleuit cōſuetudo/ vt anno quolibet in fi-
ne capituli generalis/abbates vniuerſi ⁊ alij p̄ſentes de ordine
ab ipſo abbate ciſtercij munus benedictionis/ ⁊ abſolutionis
gratiā inſtanter requirāt/petātq̄ etiā in foro cōſciētie ab illis
abſolui ⁊ ſuos abſoluere poſſe/ſicut ⁊ alij oēs de ordine deū ti
mentes/⁊ animarū ſuarū ſalutē optātes ad quos diuertit hoc
ip̄m requirere cōſueuerūt. Et hac ratione dudū timorati abba-
tes ſuas ⁊ ſuorū amātes conſciētias capitulū generale frequē-
tabant/vt ſaltē tante gratie ꝑ ſe ⁊ ſuis participes eſſent. Cū q̄
poteſtas iſta ſoli abbati ciſtercij a ſūmo pontifice cōferatur/ vi
deant omnes ſi eam generale capl̄m alicui cōmittere pōt/ſeu a
capitulo aliquis in plenaria ordinis ptāte cōmiſſarius depu-
tatus/hac facultate vti poſſit vel debeat. Sec⁹ de cenſuris et
penis p ordinē taxatio. Deniq̄ p dn̄i Cle. p̄p. vj. cōceſſionē ip
ſe ciſtercieñ abbas pōt dare quolibet anno omnib⁹ exiſtenti-
bus in capitulo generali/penitentib⁹ ⁊ cōfeſſis duos annos /⁊
duas quadragenas de indulgentia/vltra multas alias indul-

gentias quas dare pōt omnib⁹ p̄ſentib⁹ quotiēs facit vel audit ſermonē. Ceterū qꝛ poſtmodū inhibitio hic facta de nō legendis aut audiendis iurib⁹ patrib⁹ ordinis viſa eſt minus ordini cōgruere. Idcirco per aliū ſequentē ſummū pontificē abbati ciſtercij diſpenſandi cū .xxiiij. monachis ſui ordinis vt iura canonica audire legere ac gradus ꝛ honores ſcholaſticos recipere valeant/auctoritas fuit conceſſa.

Eiuſdem. Ne mendicantes tranſeant ad ordinem noſtrū/ſine licentia domini pape mentionē expreſſam huius ſtatuti facientes.

BEnedictus Ep̄s ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā. Regularē vitam pfeſſis ſic expedit ſubtrahi omnē īquietudinis ꝛ turbationis materiā qꝫ in cōtēplationis ſuauitate quieſcere valant/ꝛ tranquillum dño reddere famulatū. Cum igitur ex eo qꝫ pfeſſores ordinū mendicantiū ad monachorū nigrorū ꝛ ciſtercien ordines cōſueuerunt plerūqꝫ tranſire/multas in dictis ordīibus turbatiōes/infeſtationes/moleſtias/damna/ꝛ ſcandala pueniſſe experientia doceat manifeſte. Nos his ex debito paſtoralis officij p futuro tempore occurrere cupientes de cōſilio fratrū noſtrorū decernimus ne quis cuiuſuis ordinis mendicantiū profeſſor ad aliquē dictorū duorū ordinū q̄quomodo trāſire valeat ſine Romani pontificis licentia ſpeciali plenā ꝛ expreſſam faciēte de cōſtitutione huiuſmodi mentionē. Nō obſtantibus p̄uilegijs apl̄icis quibuſcūqꝫ cōceſſis in contrariū dictis ordinibus mendicantiū/ſeu eorū prelatis aut aliquib⁹. eorundē q̄ quo ad hoc nulli⁹ exnunc fore decernim⁹ firmitatis. Nulli ḡ oīno hoīm

liceat hanc paginā noſtre cōſtitutionis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare ꝑſumpſerit/ indignationē omnipotētis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aplo-rum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Auinioñ. iiij. Noñ Ju-lij. Pontificatus noſtri Anno primo.

Eiuſdem. Qr mōnaſteria ordinis vnā ſo lam decimā ⁊ vnā ꝓcurationē ꝓ legatis ⁊ nuncijs aplicis ſoluunt ꝓ ſe ⁊ omnibꝰ membris ⁊ grangijs ſibi ſubiectis ſiue in vna dioceſi ſiue in diuerſis exiſtunt.

Benedictus Ep̄s ſeruus ſeruo-rum dei. Dilecti fi-lijs vniuerſis collectoribꝰ decime/ ⁊ ꝓcura-tionū legatis ⁊ nūcijs ſedis aplice debitaꝝ auctoritate aplica deputatis/ ⁊ impoſterū deputandis. Salutē ⁊ aplicam benedictio-nem. Fauoris nr̄i ꝓuenire debet auxilio vt qđ pie ac iuſte ꝓ monaſterioꝝ ⁊ mēbroꝝ ſu-orū vtilitate ⁊ quiete depoſcit affectu beniuolo ꝓuide cōceda-tur. Sane dilecti filij abbas ciſtercij/ eiuſq3 coabbates/ necnō dilecte in chriſto filie abbatiſſe/ ⁊ vniuerſi ꝯuentꝰ monaſterioꝝ ⁊ locoꝝ ꝯuentualiū ciſtercieñ ordinis nobis ſignificare curarūt qđ licet ſm ſtaturū ⁊ ordinationē nr̄a in ſingulis monaſterijs/ ⁊ alijs cōuentualibꝰ locis ordinis ꝑlibati ꝑ abbatē ſeu aliū re-gimini ꝑſidentē de ſenioꝝ ſui ꝯuentꝰ ꝯſilio duo burſarij depu-tent/ qꝝ vnus ꝑncipalis exiſtit/ q̄ ſiqdē burſarij oēs pecunias ipſiꝰ monaſterij vel loci ꝯuētualis vñcūq3 ꝓueniētes vniuerſa-lit recipiūt/ ⁊ de dicti abbat vel regimini ꝑſideñ mādato illas diſtribuūt ꝓut fuerit oportunū/ ⁊ tā de antiquo more q̄3 de ob-ſeruantia eorūdē in decima que ꝑ ſedē aplicam ꝓ tēpore im-ponitur/ ⁊ ꝓcuratiōibus legatis ⁊ nūcijs ſedis aplice debitis/

quodlibet monaſteriū dicti ordinis pro ſe ꝛ omnibꝰ membris ꝛ grangijs ſuis/ ſiue in eadē/ ſiue in diuerſis dioc. conſiſtant/ onus ſuꝑ hoc ſibi rationabiliter impoſitā ſoluere conſueuerit/ ꝑdictis mēbris ꝛ grangijs nullā ſeparatam ſolutionē facientibus/ ſed cōcurrentibus in ſolutione predicta cū huiuſmodi ꝑncipali monaſterio ſeu cōuentuali loco cui ſubeſſe noſcunt/ nōnulli tamen ex vobis eos ꝓ huiuſmodi locis ꝛ membris conſiſtentibus extra diocesim in qua monaſteriū ſeu locus cōuentualis cui ſubſunt exiſtit decimā ꝛ ꝓcurationes huiuſmodi/ ſeparatim exigere ꝛ extorquere ꝓ eorū libito moliunt/ ipſos ſuper hoc multipliciter moleſtantes. Nos igitur eorū ſuꝑ premiſſis ꝓuidere quieti ac huiuſmodi obuiare moleſtijs intēdētes vniuerſitati veſtre ꝑ apoſtolica ſcripta diſtricte precipien̄/ mandamus quatenus ex quo monaſteriū ſeu cōuentualis locus huiuſmodi ꝓ ſe/ membris ꝛ grangijs ſibi ſubiectis/ ſiue in vna eademqꝫ dioceſi ſiue diuerſis dioceſibus cōſiſtant decimā ꝛ ꝓcurationes huiuſmodi ſibi impoſitas duxerint ꝑſoluendas/ nullam aliā ſolutionē a predictis mēbris ſeu grangijs exigatis/ ne quod abſit ex diuerſitate huiuſmodi ſolutionū bis exigi ſeu ſolui contingat qđ ſemel eſt tantūmodo ꝑſoluendum. Nos inſuꝑ omnes proceſſus ꝛ ſentētias quos vel quas contra mandatum huiuſmodi ꝑ vos vel aliquē veſtrū haberi ſeu proferri cōtigerit irritos decernimus ꝛ inanes/ ꝛ nullius exiſtere firmitatatis. Datum Auinion̄. x. kl. Martij. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Priuileg. dn̄i Clemētis pape. vi.

Conſeruatoria ad abbates ſancte Genouefe Pariſien̄/ ſancti Clemētis Meten̄/ ꝛ ſancti Pauli Biſuntinen̄.

Clemens Eps ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs ſancte Ge
noueſe Pariſieñ ꝛ ſancti Clemētis Meteñ
ac ſancti Pauli Biſuntineñ monaſterioꝝ
abbatib⁹. Salutē ꝛ aplicam benedictionē.
Militāti eccleſie diſponēte dño pſidentes
circa curā eccleſiarū ꝛ monaſterioꝝ oīm ſo-
lertia reddimur indefeſſa ſolliciti vt eaꝝ oc
curramus diſpendijs ꝛ vtilitatib⁹ diuina cooꝑante clementia
ſalubriter intēdamus. Sane dilectoꝝ filioꝝ abbatis ciſtercieñ
ad romanā eccleſiā nullo medio ꝑtineñ Cabiloneñ dioceſis/ ac
abbatū ꝛ dilectarū filiarū abbatiſſarū monaſterioꝝ ordinis ci
ſtercieñ ac eorundē monaſterioꝝ cōuentualiū cōqueſtione ꝑce
pimus/ ꝙ nōnulli archiepi/ ꝛ epi/ abbates/ ꝑores/ ꝛ alij eccleſia
rū ꝑlati ꝛ clerici/ ac eccleſiaſtice ꝑſone/ tā religioſe ꝙ̄ etiā ſecula
res/ necnō duces/ marchiones/ comites/ barones/ milites/ no-
biles/ ꝛ laici/ cōmunia ciuitatū/ vniuerſitates/ opidorū/ caſtro-
rum/ villarū/ ꝛ alioꝝ locoꝝ/ ꝛ alie ſingulares ꝑſone ciuitatū et
dioc/ ac partiū diuerſarū in quib⁹ dicta monaſteria/ ac alia lo
ca ꝛ mēbra eiſdem monaſterijs ſubiecta cōſiſtere dinoſcunt̄ oc
cuparunt/ ꝛ occupari fecerūt caſtra/ villas/ ꝛ alia loca/ domos/
eccleſias/ grangias/ molendina/ decimas/ obediētias/ caſalia/
terras/ vineas/ poſſeſſiones/ cenſus/ reddit⁹/ ꝛ ꝓuentus/ iuriſ-
dictiones ꝛ iura/ ac nōnulla bona mobilia ꝛ īmobilia ad dicta
monaſteria ꝛ huiōi alia membra eoꝝ ſpectantia/ ꝛ ea detinent
indebite occupata/ ſeu ea detinentib⁹ pſtant conſiliū auxiliū ꝛ
fauorē. Nōnulli etiā ciuitatū ꝛ dioc ac partiū pdictarū qui no
men dñi in vacuū recipere nō formidant/ dictis abbatib⁹/ ab-
batiſſis ꝛ conuētib⁹ ſup pdictis caſtris/ villis/ ꝛ locis/ eccleſijs/
grangijs/ molendinis/ decimis/ caſalib⁹/ caſtris/ terris/ iuriſdi-
ctionibus/ poſſeſſionib⁹/ cenſibus/ iurib⁹/ bonis/ ꝛ rebus alijs
ad monaſteria ꝛ mēbra pdicta ſpectantib⁹ multiplices moleſti
as ac iniurias inferūt ꝛ iacturas. Quare ꝑ parte dictoꝝ abba
tū abbatiſſarū ꝛ conuētuū nobis extitit humiliter ſupplicatū/
vt cū valde difficile reddat̄ eiſdem ꝓ ſingulis querelis ad apli-

cam ſedē habere recurſum/ ꝓuidere eis ſuꝑ hoc paterna diligē
tia curaremꝰ. Nos igit̄ cōſideratiōe venerabilis fratris noſtri
Guill'i epi Tuſculaneñ ⁊ cariſſimi in xp̄o filij noſtri Johānis re
gis francie illuſtris nobis ſuꝑ his hūilit̄ ſupplicantiū/ aduer-
ſus occupatores/ detentores/ ꝑſumptores/ moleſtatores/ ⁊ in-
iuriatores hmōi/ illos volentes eiſdē abbātibꝰ abbatiſſis ⁊ con
uentibꝰ remedio ſubuenire ꝑ qḋ illorū cōeſcatur temeritas ⁊
alijs aditus cōmitteñ ſimilia ꝑcludat̄/ diſcretioni veſtre ꝑ apl'i-
ca ſcripta mandamus quatenꝰ vos vel duo aut vnꝰ veſtrū ꝑ
vos vel aliū ſeu alios etiā ſi ſint extra loca in quibus deputati
eſtis cōſeruatores ⁊ iudices/ abbatibꝰ abatiſſis ⁊ cōuentibꝰ
ſupradictis efficacis defenſionis ꝑſidio aſſiſtētes/ nō ꝑmittat̄
eoſdē ſuꝑ p̄miſſis ⁊ quibuſlibet alijs bonis ⁊ iuribꝰ ad ipos cōi
ter vel diuiſim ſpectantibꝰ ab eiſdē ⁊ quibuſcūq; alijs indebi-
te moleſtari/ ſeu eis grauamina damna vel iniurias irrogari/
facturi ipſis cum ab eis vel eorū aliquibꝰ ſeu ꝓcuratore vel ꝓ-
curatoribꝰ eorundē/ vel aliquorū ipſorū fueritis requiſiti de p̄
dictis ⁊ alijs ꝑſonis quibuſlibet ſuꝑ reſtitutiōe eccleſiaꝝ/ gran
giarū/ caſtroꝝ/ caſaliū/ terraꝝ/ poſſeſſion/ iuriſdictionū/ iuriū
⁊ bonoꝝ mobiliū ⁊ imobiliū/ redditū quoq; ⁊ ꝓuentuū ac ali
orū quorūcūq; bonoꝝ/ necnō de q̄buſlibet iniurijs/ moleſtijs/
atq; dānis/ ꝑſentibꝰ ⁊ futuris/ in ꝑſonis rebꝰ ipſoꝝ illatis/ eiſ
dē in illis videlicet q̄ iudicialē requirūt indaginē ſūmarie ſim-
pliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij/ In alijs vero ꝓ
ut q̄litas eoꝝ exegerit iuſticie cōplemētū occupatores ſeu de-
tētores/ moleſtatores/ ꝑſūptores/ ⁊ iniuriatores hmōi/ necnō
ꝯtradictores quoſlibꝫ ⁊ rebelles cuiuſcūq; ſtatus/ gradus/ ordi
nis/ vel cōditionis/ etiā ſi archiep̄alis vel ep̄alis dignitatis ex-
titerint/ q̄ñcūq; ⁊ quotieſcūq; expedierit/ auct̄e nr̄a ꝑ cēſurā ec-
cleſiaſticā/ appellatōe poſtpoſita cōpeſceñ. Inuocato ad hoc ſi
opus fuerit auxilio brachij ſecularis/ Nō obſtantibꝰ tā felicis
recordatiōis Bonifacij pape. viij. ꝑdeceſſoris nr̄i in quibꝰ ca-
uetur ne aliq̄s extra ſuā ciuitatē ⁊ dioceſim niſi in certis excep-
tis caſibus/ ⁊ in illis vltra vnā dietā a fine ſue diocesis ad iudi
cium euocet̄/ ſeu ne iudices ⁊ ꝯſeruatores a ſede deputati ꝑdi-

cta extra ciuitatē ⁊ dioc. in quib⁹ deputati fuerint cōtra quoſ-
cūq̈ ꝓcedere/ſiue alijs vel alij vices ſuas committere/aut ali-
quos vltra vnā dietā a fine dioc. eorundē trahere p̄ſumāt/ ſeu
qd̄ de alijs quā manifeſtis iniurijs ⁊ violentijs ac alijs que iu-
dicialē indaginē exigunt penis in eos ſi ſecus egerint ⁊ id pro-
curantes adiectis/cōſeruatores ſe nullatenus intromittāt. Et
tam de duab⁹ dietis in cōcilio generali dūmodo vltra tertiam
vel quartā aliquis extra ſuā ciuitatē ⁊ dioc. auctoritate p̄ſenti
um ad iudiciū nō trahatur/quā alijs quibuſcūq̈ cōſtitutioni-
bus a p̄deceſſorib⁹ noſtris Romanī pontificib⁹/ tā de iudicib⁹
delegatis ⁊ cōſeruatorib⁹/q̈ pſonis vltra certū numerū ad iu-
diciū nō vocandis/⁊ alijs editis que veſtre poſſent in hac par-
te iuriſdictioni aut ptāti/eiuſq̈ libero exercitio quolibet obui-
are. Seu ſi aliquib⁹ cōmuniter vel diuiſim a p̄fata ſit ſede idul
tū/qd̄ excōicari/ſuſpendi/vel interdici/ſeu extra vel vltra cer-
ta loca ad iudiciū euocari nō poſſint p litteras aplicas nō faci-
entes plenā ⁊ expreſſam/ac de verbo ad verbū de indulto hu-
iuſmodi ⁊ eorū pſonis/locis/ordinib⁹/⁊ noībus ꝓprijs mētio-
nē/⁊ qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali
cuiuſcūq̈ tenoris exiſtat p quā p̄ſentibus nō exp̄ſſam vel tota
liter nō inſertā veſtre iuriſdictionis explicatio in hac pte vale
at quōlibet impediri/⁊ de qua cuiuſq̈ toto tenore de verbo ad
verbū in noſtris litteris habenda ſit mētio ſpecialis. Ceterum
volum⁹ ⁊ aplica auctoritate decernim⁹/q̈ p̄ſentes littere p cō-
cedentis obitū nō expirent/⁊ q̈ quilibet veſtrū ꝓſequi valeat
articulū etiā p aliū inchoatū/q̄uis idem inchoās nullo fuerit
impedimēto canonico p̄peditus/ quodq̈ a datis p̄ſentium ſit
vobis ⁊ vnicuiq̈ veſtrum in premiſſis omnib⁹ ⁊ eoꝝ ſingulis/
ceptis ⁊ non ceptis/ p̄ſentibus ⁊ futuris/ perpetuata poteſtas
⁊ iuriſdictio attributa /vt eo vigore eaq̈ firmitate poſſitis in
premiſſis omnibus ⁊ ſingulis ceptis ⁊ non ceptiſ/ preſentibus
⁊ futuris/⁊ pro predictis procedere/ac ſi predicta omnia ⁊ ſin-
gula coram vobis cepta fuiſſent/ ⁊ iuriſdictio veſtra ⁊ cuiuſli-
bet veſtrum in predictis omnibus et ſingulis per citationem
vel modum alium perpetuata legitimū extitiſſet/ cōſtitutione

p̄dicta ſuper cõſeruatoribus ⁊ alia qualitet in contrarium edi-
ta non obſtante. Datum Auinioñ. ij. Noñ Februarij. Ponti-
ficatus noſtri Anno nono.

Eiuſdem. Ut abbates nõ tenentur redde-
re compotũ burſarijs in regreſſu eorũ ad
monaſteria/ ꝓut precedens mandat be-
nedictina.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ
dei. Ad futurã rei memo-
riã. Apl'ice ſedis ꝓuidentia circũſpecta geſta
etiã ſummorũ pontificũ attente ꝓſpiciens et
conſiderãs diligẽter nõnunq̃ illa cõmutat in
melius/ ⁊ quõq̃ ſubmouet vel ſuſpendit cũ cau
ſa rationabilis id expoſcit. Dudũ ſiquidẽ feli-
cis recordationis Benedict⁹ papa. xij. p̄decceſ-
ſor noſter in ordinationib⁹ ⁊ conſtitutionib⁹ quas ꝓ vtilitate
ciſtercieñ ordinis edidit inter cetera ſtatuit ⁊ etiã ordinauit q
abbates monaſterioꝝ vel aliorũ locoꝝ cõuentualiũ dicti ordi-
nis regiminib⁹ p̄ſidentes/ ſi dum extra monaſteria ⁊ loca ipſo-
rum conſiſterent de ꝓuentib⁹ monaſterioꝝ ⁊ locoꝝ ipſoꝝ vel
aliunde pecunias aliquas eos recipere forte cõtingeret/ in ip-
ſorũ regreſſu ad monaſteria ⁊ loca p̄dicta dictas pecunias tra-
derent burſarijs in monaſterijs ⁊ locis hmõi deputatis/ ſi qua
de ipſis pecunijs expendiſſent cõputatis. Abbates vero ſeu
alij regiminib⁹ p̄ſidentes ſi ſecus attẽptare vel ſibi talia retine-
re p̄ſumerent ab ingreſſu eccleſie/ ac diuinis officijs poſt lapſũ
duorũ menſiũ a die regreſſus hmõi computandũ/ tãdiu ſuſpẽ
ſi exiſterent donec ea traderent burſarijs memoratis. Cũ autẽ
nup ꝓ parte dilectorũ filioꝝ Johãnis abbatis ciſtercieñ/ ac ce-
terorũ coabbatũ ſuoꝝ pridem in ꝓximo generali capitulo con
gregatoꝝ ciſtercij ſuo ⁊ omniũ alioꝝ abbatũ ciſtercieñ ordinis

nomine fuerit nobis humiliter ſupplicatũ/ vt cũ premiſſa eiſdẽ abbatibꝰ ⁊ p̄ſidentibus qui virtute ſue regule plenam adminiſtrationẽ habere noſcunt/ ⁊ iuxta regulã ipſam debẽt de omnibus ordinare grauia valde reddant/ ⁊ exinde videat vileſcere auctoritas officij paſtoralis/ ac ſubditi ſe quo ad hoc ſuꝑiores maioribus ſuſpicantes in pluribus nõ obſequũtur ſuperiorũ nutibus ſicut priꝰ/ in animarũ ſuarũ ſalutis diſpendiũ ⁊ contemptũ obediẽtie regularis/ ſuꝑ hoc de remedio opoꝛtuno ꝓuidere ſalubriter dignaremur. Nos cõſiderantes attentius ꝙ in tranquillitate cordis actori pacis acceptiꝰ deſeruitur ex his et alijs rationabilibꝰ cauſis mouẽtibus ad hoc animũ noſtrũ inducti/ ⁊ earundẽ abbatũ deuotis ſupplicationibꝰ inclinati penã ſuſpẽſ huiõi auctẽ apłica p̄ſentiũ tenore ſuſpendimꝰ/ quouſqꝫ ſuꝑ hoc aliud duxerimus ordinandũ. Volẽtes ⁊ auctẽ eadem cõcedentes qꝺ ſi qui abbates ſeu p̄ſidẽtes penã huiuſmodi incurrerũt ab illa ꝑ dilectos filios priores clauſtrales monaſteriorũ ⁊ alioꝝ locoꝝ ſuorũ quibꝰ ſuꝑ hoc plenã cõcedimus facultatẽ abſolui valeant/ ⁊ cũ eis ſuꝑ irregularitate ꝑ eos inde contracta forſitan diſpẽſari. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã noſtre ſuſpẽſ/ volũtatis/ ⁊ cõceſſionis infringere/ vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis autẽ hoc attemptare p̄ſumpſerit/ indignationẽ omnipotẽtis dei/ ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apłorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioñ. Non Octobris. Pontificatus noſtri Anno primo.

Priuilegiũ domini Urbani pape. v. Qꝫ liceat nobis in ſingulis caſtris ⁊ foꝛtalicijs/ ad que propter guerrarum diſcrimina reſidemus/ erigere altare poꝛtatile/ et ibidem miſſas ⁊ alia diuina officia etiam alta voce celebrare.

VRbanus Eps ſeru⁹ ſeruorũ dei.
Dilectis filijs abbati ⁊
conuẽtui monaſterij Ciſtercieñ Cabiloneñ
dioceſis/ceteriſq abbatibus ⁊ cõuentibus
ciſtercieñ ordinis vbilibet cõſtitutis. Salu-
tem ⁊ aplicam benedictionẽ. Sacre veſtre
religionis in qua deuotum deo redditis fa
mulatũ ꝓmeretur honeſtas/vt petitionib⁹
veſtris in his pſertim que ad cõſolationẽ animarũ veſtrarum
cedere valeant fauorabiliter annuam⁹. Cũ itaq ſicut exhibita
nobis ꝑ parte veſtra petitio cõtinebat frequẽter contingat q
vos ꝓpter guerrarũ diſcrimina que in monaſteriorũ veſtrorũ
partibus frequẽter ingruunt tute reſidere in ipſis monaſterijs
nõ valentes/ ad caſtra ⁊ fortalicia ipſis monaſterijs veſtris vi
cina recurrere/ ⁊ in eis ad tẽpus morari oportet. Nos veſtris
in hac parte ſupplicationib⁹ inclinati/vt liceat vobis in ſingu-
lis caſtris ⁊ fortalicijs ipſis/in locis tamẽ ad hoc cõgruis ⁊ ho-
neſtis/erigere altare portatile ſuper quo q̃diu ibidem occaſio-
ne predicta morã traxeritis ſinguli veſtrũ qui fuerint in ſacer-
dotio cõſtituti miſſas/ ⁊ alia diuina officia/etiã alta voce cele-
brare/cũ debita reuerentia ⁊ honore/iure parrochialiũ eccleſi-
arũ ⁊ cuiuſlibet alteri⁹ in omnib⁹ ſemꝑ ſaluo/libere valeatꝭ de-
uotioni veſtre aucte aplica de ſpeciali gratia indulgem⁹. Nul-
li ergo oĩno hoĩm liceat hanc paginã noſtre ꝯceſſionis infrin-
gere/ vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare
pſumpſerit/indignationẽ oĩpotentis dei/ ⁊ btõꝝ Petri ⁊ Pau
li aploꝝum eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Auinioñ. v. Idus
Octobris. Pontificat⁹ noſtri Anno ſecundo.

Priuilegiꝭ dñi Johãnis. xxiiij. Qđ capella
ni ſeu familiares honoris pape aut cardi
naliũ qui ſunt de ordine/iuriſdictiõi/cor-
rectioni/ ⁊ obedientie ſuorũ ſuperiorũ et

capituli generalis plene ſubſunt.

IOhannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriã. Dum vberes fructus quos ordo ciſtercieñ in agro militantis eccleſie vberrime in exaltatione ſtatus p̄fate eccleſie ꝛ religionis ꝓpagationẽ ꝓduxit hactenꝰ ꝛ ꝓducit aſſidue paterna diligentia contemplamur ſaluberrimũ fore dinoſcimus/ vt illa pro cultu diuini nominis ꝛ obſeruantia regulari in prefato ordine decernamus / per que ordo ipſe ſalutaribus ꝓficere valeat incrementis/ et ſi qui ab obſeruantia huiuſmodi ſe quoq modo laxatis obedientie habenis ſalutaribus quomodolibet ſequeſtrarent ad cultũ ipſum diſcipline freno ꝓut pro eorũ ſalute congruit reducantur. Hinc eſt quod nos premiſſorũ intuitu ꝛ ex certis alijs rationabilibus cauſis animũ noſtrum mouentibus/ ꝛ dilectorũ filioꝝ abbatis ciſtercij ꝛ coabbatum eius dicti ordinis in hac parte ſupplicationibus inclinati volumus/ ꝛ hac preſenti ꝛ perpetuo duratura conſtitutione decernimus ſtatuẽtes. Quod omnes ꝛ ſinguli dicti ordinis ꝓfeſſores preſentes ꝛ poſteri/ cuiuſcũq ſtatus gradus ſeu conditionis exiſtant in capellanos honorios ſedis apoſtolice ſeu alicuiꝰ ex venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane eccleſie cardinalibꝰ/ aut familiares cuiuſpiam ex p̄miſſis vel aliorũ recepti vel aſſumpti/ ac de cetero tã apoſtolica quã alia quauis auctoritate quomodolibet aſſumẽdi non poſſint vel debeant quoquomodo/ ꝛ ſub quacũq verborũ conceptione/ a iuriſdictione/ correctione/ ſuꝑioritate/ maioritate ſeu obediẽtia ſui ſuperioris/ ꝛ dilectorũ filioꝝ capituli gn̄alis p̄fati ordinis eximi/ ꝯtute cuiuſuis gr̄e alicui p̄miſſoꝝ iã ꝯceſſe ſeu impoſterũ ꝯcedende ꝑ aplicas ſeu alias litteras/ aut ꝓceſſus ſuꝑ illis forſan habitos vel habẽdos/ quo minꝰ ſuꝑioribus ſuis ꝛ caplo p̄fatis in oibꝰ/ ꝛ quo ad oia ſm cõſtitutiões ꝛ ꝯſuetudines ipſiꝰ ordinis plene ſubſint ꝛ parere debeãt/ ꝛ ad p̄miſſoꝝ obſeruantiã diſtringi queant/ p̄miſſis ꝛ alijs ꝯtrarijs

nō obſtantibus quibuſcumqꝫ irritū ⁊ inane decernētes exnunc
q̄cquid ſup his ſciēter vel ignoranter quauis auctoritate attē-
ptatū forſan eſt hactenus vel imposterū cōtigerit quolibet at-
temptari. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā noſtre
volūntatis/cōſtitutionis/⁊ ſtatuti infringere/vel ei auſu teme
rario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/indigna-
tionē omnipotētis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apl̄orum eiꝰ
ſe nouerit incurſurū. Datum Cōſtantie. xij. kl̄. Februarij. Pō
tificatus noſtri Anno quinto.

Eiuſdē Qꝫ abbas ciſtercij ⁊ capitulum ge
nerale poſſunt vnire monaſteria ⁊ prio-
ratus ordinis pauperioribꝰ monaſterijs
ordinis/⁊ poſſeſſionē accipere/dioceſani
aut alterius cuiuſcūqꝫ licentia minime re-
quiſita.

Johannes Ep̄s ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs abba
ti monaſterij Ciſtercij Cabilonen̄ dioc̄/ eiuſqꝫ
coabbatibus vniuerſis eorꝫ generali capl̄o
q̄ñcūqꝫ congregandis. Salutē ⁊ aplicam ben̄.
Sacre religionis ſub qua nūdanis calcatis il-
lecebris deuotū ⁊ ſedulum in humilitatis ſpiri-
tu exhibetis altiſſimo famulatū merita ꝓme-
rent/vt ea que veſtre religionis ⁊ ordinis cōmoditatē reſpiciūt
fauore vobis beniuolo ꝓcedamꝰ. Hinc eſt q̄d nos volētes vr̄e
paci ⁊ tranqllitati cōſulere vr̄is in hac parte ſupplicationibꝰ in-
clinati/vt quecūqꝫ monaſteria dicti ordinis tam monachorꝫ q̄
etiā monialiū ⁊ quorꝫ facultates/fructꝰ/redditus/⁊ ꝓuētus nō
ſufficiūt ad ſuſtentationē tot regulariū pſonarū in eiſdē mona
ſterijs ꝓ tempore degentiū/quot in eis ꝓ augmento diuini cul

tus ac miſſis ⁊ alijs diuinis officijs celebrandis ſm̄ eiuſdē or-
dinis inſtituta/⁊ premiſſorū ac regulariū cerimoniarū obſeruā
tia requirunt/alijs monaſterijs religionis ⁊ ordinis predictoꝝ
ꝓ cōmodiori ſuſtentatiōe degentiū in eiſdē/⁊ qn̄ ꝓ ſtatu ⁊ qui-
ete hm̄ōi ꝑſonarū id noueritis expedire/ſup̲ quibꝰ veſtras con
ſciētias onerāmꝰ/cū omnibꝰ iuribus ⁊ ꝑtinētijs ſuis vnū vide
licet alteri monachoꝝ ⁊ aliud alteri monialiū/monaſterijs eiuſ
dē ordinis monaſteria cuiuſcūqꝫ taxe ſeu ānui valoris fuerint/
⁊ que cū eoꝝ iuribus ⁊ ꝑtinentijs ſuis vniuerſis p̄ſentibꝰ habe
ri volumus ꝓ expreſſis/auctoritate aplica annectere ⁊ vnire/
ita qḋ cedentibꝰ vel decedentibꝰ hm̄ōi monaſterioꝝ abbatibꝰ
vel abbatiſſis/ſeu prioribꝰ/vel prioriſſis ſi monaſteria ip̄a per
priores aut prioriſſas fuerint ſolita gubernari/aut ea quōlibet
dimittentibꝰ liceat alijs abbatibus/⁊ abbatiſſis/ac prioriſſis
quorū monaſterijs alia ſic vacantia veniēt vnienda corporalē
poſſeſſionē huiuſmodi vacantiū monaſterioꝝ iuriūqꝫ ⁊ ꝑtinē-
tiarū p̄dictoꝝ auctē ꝓpria apprehēdere ⁊ ꝑpetuo retinere ac fru
ctꝰ/redditꝰ/⁊ ꝓuentus dictoꝝ monaſterioꝝ vniendorū in ſu-
os vſus ac ꝓ ſuſtentatione huiuſmodi ꝑſonaꝝ degentiū in eiſ
dē libere cōuertere/dioceſanū loci aut cuiuſcūqꝫ alterꝰ ſup̲ hoc
licentia minime requiſita/libere et licite valeatis/deuotiōi ve-
ſtre de ſpecialis dono gratie cōcedimus p̲ p̄ſentes. Non obſtā
tibus quibuſcūqꝫ reſeruationibꝰ generalibꝰ vel ſpecialibꝰ de
huiuſmodi vel alijs monaſterijs ordinū quorūcūqꝫ p̲ nos aut
ſedem aplicam hactenus forſan factis/necnō cōſtitutionibus
⁊ ordinationibꝰ apoſtolicis atqꝫ noſtris ac ſtabilimētis ſtatu-
tis ⁊ cōſuetudinibꝰ monaſteriorū ⁊ ordinis p̄dictorum/etiā iu-
ramento cōfirmatione aplica vel quacūqꝫ firmitate alia robo-
ratis ceteriſqꝫ cōtrarijs quibuſcūqꝫ. Nulli ergo omnino homi
nū liceat hanc paginam noſtre voluntatis ⁊ cōceſſionis infrin
gere/vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attē-
extra monaſteria ⁊ loca ipſoꝝ cõſiſterent de ꝓuentibus mona
ſteriorũ ⁊ locorũ ipſorũ / vel aliunde pecunias aliquas eos reci
pere forte cõtigeret in ipſorũ regreſſu ad monaſteria ⁊ loca pre
dicta dictas pecunias traderent burſarijs in monaſterijs ⁊ lo-
cis huiuſmodi deputatꝭ / ſi qua de pecunijs ipſis expendiſſent
computatis. Abbates vero ſeu alij regiminibus preſidentes
ſi ſecus attemptare vel ſibi talia retinere preſumerent ab in-
greſſu eccleſie ac diuinis officijs poſt lapſum duorũ menſium
a die regreſſus huiuſmodi cõputandũ tãdiu ſuſpenſi exiſterēt
donec ea traderent burſarijs memoratis. Cũ aũt nuper ꝓ par
te dilectorũ filiorũ Johãnis abbatis ciſtercieñ / ac ceterorũ co-
abbatũ ſuorũ pridē in ꝓximo generali capitulo congregatorũ
ciſtercij / ſuo ⁊ omniũ aliorũ abbatũ ciſtercieñ ordinis nomine
fuerit nobis hũiliter ſupplicatũ / vt cum ꝑmiſſa eiſdē abbatibꝰ
⁊ ꝑſidentibus qui virtute ſue regule plenã adminiſtrationē ha
bere noſcunt / ⁊ iuxta regulã ipam debent de omnibꝰ ordinare
grauia valde reddant / ⁊ exinde videatur vileſcere auctoritas
officij paſtoralis ac ſubditi ſe quo ad hoc ſupiores maioribus
ſuſpicãtes / in pluribus nõ obſequũtur ſuperioꝝ nutibus ſicut
prius in animarũ ſuarũ ſalutis diſpendiũ ⁊ contemptũ obedi-
entie regularis / ſup hoc de oportuno remedio prouidere ſalu-
briter dignaremur. Nos cõſiderantes attentius / qḋ in tranql-
litate cordis actori pacis acceptiꝰ deſeruit ex his ⁊ alijs ratio-
nabilibus cauſis mouētibꝰ ad hoc animũ noſtrũ induci / ⁊ co-
rundē abbatũ deuotis ſupplicationibꝰ inclinati penã ſuſpenſi-
onis huiuſmodi auctoritate aplica ꝑſentiũ tenore ſuſpēdimꝰ /
quouſq; ſup hoc aliud duxerimus ordinandũ. Volentes ⁊ au
ctoritate eadem cõcedentes / qḋ ſi qui abbates ſeu ꝑſidētes pe
nã huiuſmodi incurrerũt ab illa ꝑ dilectos filios priores clau-

ſtrales monaſteriorũ ꝛ alioꝝ locoꝝ ſuorũ quib⁹ ſup hoc plenā concedim⁹ facultatē abſolui valeant/ ꝛ cũ eis ſup irregularitate p eos inde cōtracta forſitan diſpenſari. Nulli ergo oino hominũ liceat hanc paginā noſtre ſuſpenſionis/ volūtatis/ ꝛ conceſſionis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attēptare pſumpſerit/ indignationē oīpotentis dei/ et beatoꝝ Petri ꝛ Pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Auinioneñ Nonis Octobris. Pōtificat⁹ noſtri Anno primo.
Nos itaqꝫ dictoꝝ abbatis ꝛ capituli in hac parte ſupplicationibus inclinati litteras ac tenores hmōi auctoritate pfata pſentiũ ſerie innouamus/ et pſentis ſcripti patrocinio cōmunim⁹. Per hoc aũt nullũ ius cuiquā de nouo acquiri volumus/ ſed antiquũ ſi qđ ſit tantũmō cōſeruari. Nulli ergo oino hominũ liceat hanc paginā noſtre innouationis/ cōmunitionis/ ꝛ volūtatis infringere/ vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis autem hoc attēptare pſumpſerit/ indignationē omnipotētis dei/ ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Mantue Anno incarnationis dñice M.cccc.lix. vij. kl. Auguſti. Puntificatus noſtri Anno primo.

Qꝫ monaſteria monialiũ de cetero tenebuntur ſoluere cōtributiones ordinis p generale capitulũ imponēdas.

PIus Eps ſeruus ſeruorũ dei. Dilectis filijs Ciſtercieñ/ de Firmitate/ d Pontigniaco/ de Claraualle/ ꝛ de Morimūdo Ciſtercieñ ordinis/ Cabiloneñ Antiſiodoreñ ꝛ Lingoneñ dioceſ monaſteriorũ abbatibus. Salutē ꝛ aplicam benedictionē. Juſtis ꝛ honeſtis petentiũ votis libenter annuim⁹ eaqꝫ fauorib⁹ pſequimur oportunis. Cũ itaqꝫ ſicut p parte veſtra fuit ppoſitũ coram nobis/ licet vos ꝛ dilecti filij

alij veſtri coabbates monaſteriorū ⁊ locorū Ciſtercieñ ordinis
certas contributiones ꝑ dilectos filios capitulū generale eiuſ-
dem ordinis ex certis rationabilibꝰ cauſis ꝓ tempore imponē-
das iuxta īpoſitiones hm̃oi vt moris eſt ꝑſoluere debeatis ⁊ ꝑ-
ſoluatis ānuatim / tñ dilecte in chriſto filie abbatiſſe ⁊ prioriſſe
diuerſoꝝ alioꝝ monaſterioꝝ ⁊ locoꝝ monialiū dicti ordinis cō-
tributiones ipſas ꝑſoluere differunt ⁊ recuſant in ipſius ordi-
nis diſpendiū ꝓ parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatū /
vt ſuper his oportune ꝓuidere de benignitate apoſtolica dig-
naremur. Nos igitur de p̃miſſis certam noticiā non habentes
huiuſmodi ſupplicationibꝰ inclinati vobis ⁊ cuilibet veſtrū per
vos vel aliū ſeu alios quaſcūq; abbatiſſas ⁊ prioriſſas mona-
ſteriorum ⁊ locoꝝ huiuſmodi ꝓ tempore exiſtētes / ad ſoluen-
dum annuatim cōtributiōes ꝑ capitulū generale imponēdas
huiuſmodi ſm̃ ſtatuta dicti ordinis quotiens fuerit oportunū
per cenſurā eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita cōpellendi
⁊ aſtringendi plenā ⁊ liberam auctoritate ap̃lica tenore preſen-
tium cōcedimus facultatem. Nō obſtantibꝰ conſtitutionibus
⁊ ordinationibꝰ apoſtolicis / necnō ſtatutis ⁊ conſuetudinibus
monaſteriorū locorum ⁊ ordinis predictoꝝ iuramēto cōfirma-
tione apoſtolica vel quacūq; firmitate alia roboratis ceteriſq;
cōtrarijs quibuſcūq; / aut ſi abbatiſſis ⁊ prioriſſis prefatis / vel
quibuſuis alijs cōmuniter vel diuiſim a ſede apoſtolica indul-
tum exiſtat quod interdici / ſuſpendi / vel excōmunicari nō poſ-
ſint per litteras apoſtolicas nō facientes plenā ⁊ expreſſam / ac
de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionē. Datū
Mantue Anno incarnatiōis dominice M.cccc.lix. vij. kl. Au-
guſti. Pontificatus noſtri Anno primo.

Notabile multum vtille ⁊ neceſſariū.

PRo clariori intelligentia iſtorū priuilegiorū contra cō-
mendas notandū ꝙ ordo ſanctus a ſui origine nō legitur com
mendarū plaga fuiſſe percuſſus/ſaltem in gallia niſi vſqꝫ circa
annū dn̄i. M.cccc.l. quo tempore in alijs ordinibꝰ cōmendarꝝ
ignis inualeſcebat. Quobrem patres ordinis ſibi ꝑcauere cupi
entes/gratiā dn̄i Johannis pape.xxiij. nec nō ipſius cōfirma-
tionē a dn̄o Nicolao pp̄.v. ac decretū dn̄i Caliſti pape.iij. pre-
miſſa obtinuerūt. Tēpore vero dn̄i Pij pape.ij. qui cepit circa
annū dn̄i M.cccc.lix. cōmendarꝝ incēdiū abſqꝫ obſtaculo di-
uerſis medijs apertū videbat̄/ita vt pene tota Uaſconia ma-
iorqꝫ francie ⁊ burgundie porcio ſequi videret̄/multis diſcolis
religioſis vt abiecto diſcipline iugo licētius ſuas explerent vo
luptates quātū poterāt fauētibꝰ. Ex quibꝰ multiſqꝫ alijs obli-
quitatibꝰ vltra totalē ſtatus ſpūalis ⁊ monaſtici eneruationē/
ac monaſteriorꝝ in tēporalibus ſpoliationē/grauiſſima alia ſe-
cute ſūt incōueniētia cōtributionū videlicet maxima diminu-
tio. Et nihilominꝰ expēſarū ꝓ alicuiꝰ defenſiōis ſeu ſuccurſus
impetratōe tā apud ſedē ap̄licam ꝙ̄ erga principes ſolito abū
dantiꝰ effuſio. Ne aūt ordo totꝰ in preceps ⁊ ꝑditionē laberet̄
opꝰ fuit ciſterciū piā ordīs matrē ex ſua paupertate mēbris ⁊ filijs
ꝓ viribꝰ ſuccurrere/⁊ inde ordīs debita ad ciſterciū vehemētiꝰ
ſicut docent capituli generalis cōputationes creſcere. Indeqꝫ
etiā neceſſe fuit ſubſidia quedā caritatiua ſuꝑ ordinē ꝑ genera-
le capitulū extunc renouare ⁊ imponere. Iſte enī ⁊ ſequētes ꝓ
uiſiones contra tantos morbos nō niſi cum maximio impen-
ſis obtineri potuerūt.

Non ſolū ordo cōmendis iſtis tunc grauari cepit/ſed etiam
ꝑ vniuerſa mundi climata plures epi ⁊ eorū officiales ceperūt
pretendere vel vſurpare iuriſdictionem ordinariam in mona-
ſterijs/⁊ ſuꝑ ꝑſonas ordinis. Alij a ſummo pontifice cōmiſſio-
nes ad viſitandū loca ordinis impetrauerūt ⁊ illas exequi tēp
tauerūt/ſicut in Anglia dn̄s Cantuarieñ. In ſchocia dn̄s ep̄s
ſancti andree. In polonia. ⁊c. Alij tam ſua ptāte ꝙ̄ litterarum
ap̄licarum vigore graues pecuniarū exactiones a monaſterijs
exigebāt/⁊ abbates multū affligebāt. Plures ꝙ̄ cōmēdatarij

tam ſeculares/ ⁊ nōnulli inberbes/ſpurij/magnatoꝝ ꝙ vniuerſoꝝ̄ alioꝝ̄ ordinū ꝓfeſſi nō ſolū iuriſdictionē in monaſterijs ſibi cōmendatis vſurpabāt/ ſed etiā alia monaſteria vtriuſqꝫ ſexus ab illis dependeñ viſitatore/ ⁊ ad nutū diſponere pſumebant/ cū tñ de ſacris honeſtatibꝰ ⁊ cerimonijs ordinis penitus nihil ſcirent/ ⁊ minus curarent/ vnde ⁊ tanta excreuit in multis regionibꝰ diſcolia vt multi monachi ⁊ moniales quis eſſet verus ordinis habitus ignorarent. Deniqꝫ alius periculoſiſſimꝰ naſcebatur morbus/ ſcilicet quaſi vbiqꝫ aſſignatio penſionum ſuper monaſterijs/ que tamē immortales reddebantur / cum eo decedente qui vnam recipiebat ſtatim alteri conferebatur/ quādoqꝫ etiam eas ꝑmutabant ⁊ ad voluntatē tranſferebāt.

Singulis annis prochdolor tantarū calamitatū clamores cū eiulatu lamentabili ad generale capitulū deferebanť/ Ex qbus veri ordinis zelatores ingenti cruciatu affligebanť/ Uidebant eñ inimicos ordinis bona ipſiꝰ iuxta ꝓphete maledictū deuorare/ Uidebant multos eccleſie ꝑlatos quaſi ad totalē ſtatus monaſtici deſolationē ⁊ extinctionē eſſe reſolutas/ Uidebant nō paucos ex potētioribus ſeculi ꝑncipibus ambicioſoꝝ̄ ſuaſu nedū cōmendas recipere/ ſed etiā terribili importunitate multis ꝓcurare. Uidebant plures ex fratribꝰ ſuis male viuētes/ minas dare/ viſitatoribꝰ/ ⁊ patribꝰ ꝙ ſi in aliquo corrigerenť aut moleſtarenť ilico monaſteriū in eoꝝ̄ deſpectū commendarēt/ Uidebant monachoꝝ turbā maximā/ ad omnē diſſolutionis inordinationē paratā/ cōmendas/ vtpote ſtatū in quo laxatis habenis in vitioꝝ̄ turpitudinē nullo corrigēte defluere poſſent/ affectare/ Uidebāt tantā rerū deordinationē ꝙ ⁊ ipſimet vltimi monaſterioꝝ ſuoꝝ̄ abbates dicebanť cū certitudine ꝙ monaſteria poſt eoꝝ obitū cōmendarenť / Uidebāt plures de ordine extremas ſuꝑ his lamentationes effundere/ ſed pauciſſimos qui occurrere vellent ſeu in aliquo adiuuare curarēt apparere/ vt iure ordo ſanctꝰ cōquerēdo dicere poſſet infirmata eſt in pauꝑtate virtus mea/ multos filios enutriui ⁊ exaltaui/ ipſi autē ſpreuerūt ⁊ dereliquerūt me. Indies augebanť ⁊ ꝑualebant miſerie ⁊ ꝑſecutiones/ ⁊ vnde ordini ſubuenirent

nõ habebãt veri ordinis zelatores. Ad deũ corda leuãtes/gemitibus ⁊ lachrymis terrã replebãt/celũ pulſabant curiã celeſtẽ conſtanti virtute ꝓ querendo auxilio ſollicitabant.

Miſerũt prius ad dñm Piũ papã .ij. honeſtã ꝑ vnũ de quattuor primis legationẽ/qui tanq̃ ab olim notus põtifici vt potuit ꝓuiſiones iſtas obtinuit/que ⁊ ſi vſq̃quaq̃ multis ad vota nõ appareant/fecerunt tñ quod potuerũt/tum q2 necdũ ꝓpter morbi nouitatẽ oportuna remedia nouerant/tũ quia vt dictum eſt quaſi oẽs orbis moderatores/exceptis anglici ⁊ Germanis/ꝓ cõmendis cõſpiraſſe videbant̃. Et idcirco nõ que volebant ꝓ tunc obtinere potuerunt.

Demũ altiſſimus in miſericordia ⁊ miſerationib⁹ afflictoꝝ gemitum reſpiciens deuotorũ ordinis rurſus corda inflammauit/vt iterũ pie memorie dño Hymbertus abbas ciſtercij ad ſanctiſſimũ Sixtũ papã .iiij. deſtinaret̃/vbi poſt multos labores ⁊ optimorũ priuilegiorũ impetrationes/vitam ꝓ grege ſuo finiuit/illũ imitatus verũ paſtorẽ qui pro ouibus aiam poſuit.

Succeſſu aũt tẽporis odore ⁊ virtute dictoꝝ ꝓuilegioꝝ multorũ de ordine corda cõualuerũt/⁊ talib⁹ armis cõmuniti plures cõmendatarios etiã in ſupmis curijs tam ſũmi pontificis q̃ plamẽtorũ Pariſ ⁊ Tholoſe alijſq̃ excelſis iuſticie officinis inuaſerũt ⁊ ibi dño fauente maximũ auxiliũ in fauorẽ ordinis auxiliũq̃ dictorũ priuilegiorũ inuenerũt. Tandẽ deuoti ordinis amatores ex dictorũ auxiliorũ deguſtatione cõfortati pro felici cõſũmatione reſtaurationis ⁊ reparatõis ordinis/nos p̃fatũ Johannẽ abbatẽ ciſtercij licet omniũ alioꝝ minimũ/ad ſanctiſſimi dñi Innocentij pape viij. pedes/nullã a nobis excuſationẽ recipere volentes/ire coegerũt/Quib⁹ nolentes volentes acquieſcẽdo benigniſſimũ patrẽ ⁊ pijſſimũ pontificẽ/ab ineunte quidã etate ordini deditũ inuenimus/qui ſepi⁹ ſe verũ ordinis ꝓtectorẽ ⁊ cultorẽ nominãs ⁊ ope cõprobãs/ea q̃ loco ſuo habent̃ liberaliſſime ⁊ ꝓmptiſſime cõceſſit priuilegia.

Sed quia res tã grandes ſine magnis expenſis tractari nõ poſſunt/neceſſe fuit ſollicitudinib⁹ iſtis currentibus/generalis capli ꝓuidentiã aliqua ſup ordinem imponere ſubſidia. Cũq̃

multos minus gratos ad dictorũ ſubſidiorũ ſolutionẽ viderit dignũ duxit anno nonageſimo iuxta dñi Innocẽtij expreſſum mandatũ/moderationẽ circa ↄtributiones annuas iuxta multiplices p̄cedentiũ tempoꝝ cõcluſiones apponere. Tum ne ꝑpter defectũ ſolutionis cõtributionũ ordo indefenſus deſolet̃. Impoſſibile eñ̄ eſt hanc aut ſimilẽ rẽpublicã etiã mendicantium nõ niſi cum magnis ſumptibꝰ dirigere. Nullus aũt honeſtus animus diceret ordinis ſtatũ eſſe relinquẽdũ. Tum ne de cetero ad dictorũ ſubſidiorũ impoſitionẽ ſeu ad banchariorũ cũ vſura refugiũ deinceps ſit recurrendũ. Tum ne tãdiu ciſterciũ/tenuis in tẽporalibus ordinis mater/ꝑ filijs longe ea potentioribꝰ contra iuſticiã ⁊ equitatẽ amplius grauet̃. Tum vt habita decenti ꝓuiſione ad ſupportandũ onera ordinis/omnia ipſius agenda cõcorditer ſicut hactenꝰ tractẽtur/⁊ aduerſarijs ipſius potenti virtute cõtradicat̃ nobiliſſimaq̧ iſta priuilegia ad effectũ deducant̃. Nã cum nõnunq̧ ad dictũ dñm Innocẽtiũ recurrendo ſit dictũ ꝙ inſtantia quorundã principũ aliqua aduerſus dicta priuilegia cõceſſerit/paterna beniuolentia reſpondiſſe fertur. Amore dei ↄſiderare nõ eſſe paruam rem vniuerſalẽ regere eccleſiã/⁊ neceſſe eſt ſepius in multis minoribus ipſis cõplacere principibꝰ/vt in maioribꝰ rei chriſtianitatis aſſiſtant. Sed habetis optima ⁊ fortiora priuilegiarũ ſuffragia ⁊ ꝓpugnacula/defendite vos ĩ iuſticia/in qua ⁊ etiã apud nos fauores inuenietis rationabiles. Hec dicta ſunt vt poſteri aliquid de ſtatu ordinis cognoſcant/cognoſcenteſq̧ ꝓſecutiones ordinis p̄miſſas/cautius ⁊ diligẽtius ſub timore dei incedant/⁊ liberalius cõtributiones ꝓſoluãt/de quibus quolibet anno in generali capitulo fidelis ratio clare exhibetur.

Confirmatio decreti ⁊ cõſtitutionis ꝑpetue dñi Johannis pape. xxiij. iã ꝑ dominũ Nicolaũ papã. v. ↄfirmate. Q nullus qui de dicto ordine non exiſtat cuiuſcũq̧

alterius religionis/ ſtatus/ conditionis/ dignitatis/aut preeminētie/ etiam cardinalatus poſſit habere quācunq̧ p̄ſidentiam/gubernationē/adminiſtrationē per ſe vel alios/directe vel indirecte in ordine ciſtercieñ. Cū clauſula q̄ fides adhibeatur vidimus ſicut originali/vide ad longum textum quia melius ⁊ clari⁹ dici nō poſſet/Cum clauſula q̄ trāſumpto fides adhibeatur.

Pius Ep̄us ſeruus ſeruorū dei. Ad perpetuā rei memoriā. Apoſtolice ſedis nobis iniuncte deſuper ſeruitutis officiū mentem noſtrā excitat et inducit vt circa ea que pro ſtatu proſpero monaſteriorū Ciſtercieñ ordinis/⁊ in illis pie vite dedicatarum perſonarum pro futura conſpicimus operoſ ſtudijs intendamus/⁊ his que ꝓpterea facta fuere cōperimus/vt illibata perſiſtant apoſtolici muniminis adijciamus firmitatē ⁊ ea concedamus que deſuper ſunt oportuna. Dudum ſiquidē a felicis recordationis Nicolao papa .v. p̄decesſore noſtro littere in quib⁹ bone memorie Baldaſaris ep̄i Tuſculaneñ tunc Johānis .xxiij. in ſua obedientia de qua partes ille erant nūcupati inſerunt littere emanarunt tenoris ſubſequētis. Nicolaus Ep̄s ſeruus ſeruorū dei. Ad perpetuā rei memoriā. Jnter cetera orbis eccl̄ias/monaſteria/⁊ alia pia loca monaſteriū ciſtercieñ Cabiloneñ dioc.

ac ciſtercieñ ordinē affectu beniuolo ꝓſequētes illa ꝑſonis eis
ꝑſidentib⁹ libēter cōcedim⁹ que ipſatū ac monaſterij ⁊ ordinis
ꝑdictoꝝ fauorē ⁊ cōmoda reſpicere dinoſcūtur. Dudū ſiquidē
Baldaſaris olim epi Tuſculaneñ in ſua obediētia de qua par-
tes tunc erant Johannes .xxiij. nūcupati in fauorē dicti mona
ſterij ac illi⁹ abbatis/necnō coabbatū ⁊ abbatiſſarū dicti ordi-
nis ꝓ tēpore exiſtentiū emanarūt littere tenoris ſubſequētis.
Johannes Eps ſeruus ſeruoꝝ dei Ad ꝑpetuā rei memoriā
Ad ſalutare regimē ac incremēta ꝓficua dilectoꝝ filiorum or-
dinis Ciſtercieñ qui in agro plantatus dñico vberes fruct⁹ ad
laudem diuini nominis ⁊ odorē ſuauitatis ꝓducit aſſidue in
vltimos orbis fines/paterne ꝯſiderationis dirigētes intuitus
⁊ cupiētes vt eo vigilanti⁹ atqꝫ deuotius altiſſimo impendere
valeant iugiter famulatū quo maiori quietudine in cōtempla
tione ſedula diuinorū ſalubriter ꝑfruentur/ac deuotis ſuppli-
cationib⁹ dilectorū filiorū abbatis ⁊ cōuentus monaſterij Ci-
ſtercieñ Cabiloneñ dioc/ necnō coabbatū ⁊ abbatiſſarū dicti
ordinis ciſtercieñ in hac parte fauorabiliter annuētes hac ꝑſen
ti cōſtitutione ꝑpetuo duratura/⁊ auctoritate aplica decerni-
mus ſtatuētes/ ꝙ de cetero in ꝑfato ordine Ciſtercieñ/aut eius
mēbris nullus qui de dicto ordine nō exiſtat cuiuſcūqꝫ alteri⁹
religionis ordinis ſtatus dignitatis aut ꝑeminentie fuerit eti-
am ſi cardinalat⁹ dignitate fulgeret aplica vel alia quauis au-
ctoritate poſſit vel debeat preſidentiā/gubernationē/admini-
ſtrationē/aut ꝑeminentiā aliquis ꝑ ſe vel alios/ directe vel in-
directe/aut quouis queſito colore quolibet impetrare obtine-
re/regere/adminiſtrare/ vel gubernare quocunqꝫ aut qualiter-
cūqꝫ decernētes ex nūc irritū ⁊ inane ſi ſecus ſuꝑ his a quoquā
quauis auctē ſcienter vel ignorāter cōtigerit impoſterū quoli-
bet attemptari/ꝑ predicta vero nulliū ꝑiudiciū afferri volum⁹
alicui ex venerabilib⁹ fratrib⁹ nr̄is ſancte Romañ eccl̄ie cardi-
nalib⁹ in pñtiarū in ꝑfato ordine ciſtercieñ gubernationē/com
mēdā/admiſtrationē/ſeu ꝑſidentiā aliqs obtinēti quominus
illas gerere valeat ⁊ tenere iuxta formā litterarū aplicarū eidē
deſuꝑ hacten⁹ cōceſſarū. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc pagi

nā noſtre ꝯſtitutionis ꝛ volūtatis infringere/vel ei auſu teme-
rario ꝯtraire. Si qͥs aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/indignatio-
nē omnipotētis dei ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl'oꝝ eius ſe no-
uerit incurſurū. Datū Conſtantie. vij. kl'. Februarij. Pontifi-
catus noſtri Anno quinto. Nos igitur abbati ꝛ monaſterio
necnō coabbatibꝰ ꝛ abbatiſſis p̄dictis ampliori deſup amminicu
lo ꝓuidere cupien̄/ac litteras ꝛ tenorē antedictos ratos habē-
tes ꝛ gratos illoſ auctoritate apl'ica ꝛ ex certa ſciētia harū ſerie
innouamꝰ/ac vim ꝛ vigorem habere decernimꝰ/ necnō ſtatuta
decreta ac oīa alia ꝛ ſingula in dictis litteris ꝯtenta ꝛ quecūqꝫ
inde ſecuta eiſdē auctoritate ꝛ ſcientia confirmamus/approba-
mus/ꝛ p̄ſentis ſcripti patrocinio cōmunimꝰ. Nō obſtan̄ cōſti-
tutionibꝰ ꝛ ordinationibꝰ apl'icis/necnō omnibꝰ illis que dic-
tus Baltaſar ep̄s in prefatis litteris ſuis nō obſtare voluit ce-
teriſqꝫ cōtrarijs qͥbuſcūqꝫ. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc
paginā noſtre innouationis/cōſtitutionis/cōfirmationis/ap-
probationis/ꝛ cōmunitionis infringere/ vel ei auſu temerario
cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/ indignationē
omnipotētis dei/ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl'orum eius ſe no
uerit incurſurū. Datū Rome apud ſanctū Petrū/Anno incar
nationis dn̄ice M.cccc.liiij. Non̄ Octobris. Pontificatus no
ſtri Anno Octauo. Nos igit̄ pariformiter ex certa ſciētia no
ſtra ſingulas litteras p̄dictas ratas gratas habētes illas et in
eis cōtenta ꝛ inde ſecuta quecūqꝫ auctoritate apl'ica harū ſerie
innouamꝰ/ac vim ꝛ vigorē habere foreqꝫ ſubnixas decernimꝰ
ac cōfirmamꝰ ꝛ approbamus p̄ſentiſqꝫ ſcripti patrocinio cōmu
nimꝰ. Decernēdo qꝺ p̄ſentiū trāſumpto alicuiꝰ ep̄alis vel ſupe
rioris curie eccleſiaſtice ſigillo munito/ac ſigno ꝛ ſubſcriptio-
ne notarij publici ſignato in iudicio ꝛ extra tanqꝫ ipſis p̄inſer-
tis ꝛ preſentibus litteris ſi exhiberent̄ plena fides adhibeatur
ꝛ ꝑinde ſtetur/ac ſi ipſe preſentes ꝛ preinſerte littere forent ex-
hibite vel oſtenſe/nec deſuper alterius probationis amminicu-
lum requiratur. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc pagi-
nam noſtre innouationis/cōſtitutionis/cōfirmationis/appro-
bationis/cōmunitionis/ꝛ decreti infringere/vel ei auſu teme-

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

rario contraire. Si quis autem hoc attemptare p̄ſumpſerit/ in-
dignationē omnipotentis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apo-
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Mantue Anno in-
carnationis dominice M.cccc.lix.vij.kl.Auguſti. Pontifica-
tus noſtri Anno primo.

Hanc in forma confirmat domin⁹ Innocentius papa. viij.
in codice qui incipit. Regimini vniuerſalis/ ſicut dn̄s Sixtus
papa. iiij. eā confirmauerat.

Cōfirmatio priuilegii domini Caliſti pa-
pe. iij. Motu ꝓprio. ⁊c̄. ſuper ampliſſima
reuocatione omniū bullarū/ gratiarū/ ex-
pectatiuarum/ commendarū/ reſeruatio-
num/ ⁊ quarūlibet nominationū/ prero-
gatiuarum/ antelationū/ declarationum/
vnionū/ ⁊ exceptionū/ etiam per reſigna-
tionē/ ſeu iuris ceſſionem/ aut alias qui-
buſcūq̄/ etiā cardinalibus/ ſeu officiali-
bus curie cōceſſarum que ſuꝑ ordinē no-
ſtrum nullū locum habere poſſunt prout
clarius ⁊ breuius dicitur in textu ꝙ ali-
ter abbreuiari poſſunt cum clauſula/ Et
vidimus fides adhibeatur.

Pius Epſ ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Licet ea que
p predeceſſores noſtros Romañ pontifices
ꝓuide facta fuerunt/ ⁊ ab eis rite proceſſe-
runt plenã obtineant firmitatẽ. Nos tamẽ
illis interdum apoſtolici muniminis robur
adijcimus/ vt eo firmius illibata perſiſtant
quo magis noſtro fuerint p̄ſidio cõmunita
Dudum ſiquidẽ felicis recordationis Cali-
ſtus papa. iij. predeceſſoꝛ noſter ex certis ra
tionabilibus cauſſis nõnulla ſtatutũ/ declarationẽ/ caſſationẽ/
⁊ irritationẽ pro vtilitate ⁊ cõſeruatione monaſterioꝝ ⁊ loco-
rum ac religioſoꝝ ciſtercieñ ordinis motu ꝓprio ac ex certa ſci
entia/ ⁊ de plenitudine aplice poteſtatis fecit/ ⁊ cõceſſit ꝓut in
ipſius p̄deceſſoris litteris quas diligẽter in cancellaria aplica
inſpici ⁊ examinari fecimꝰ/ ac quarũ tenoꝛ inferius eſt inſertus
plenius cõtinetur. Nos igit͛ motu. ſcientia ⁊ ptãte ſimilibꝰ nõ
ad alicuiꝰ inſtantiã ſed de noſtra mera liberalitate ſtatutũ/ de-
clarationẽ/ caſſationẽ/ ⁊ irritationẽ predicta rata ⁊ grata habẽ-
tes/ illa ⁊ quecũq; inde ſecuta auctoritate aplica cõfirmamus/
⁊ p̄ſentis ſcripti patrocinio cõmunimus ſupplendo omnes de-
fectꝰ ſi q̃ forſan interuenerint in eiſdẽ. Necnõ litteras ipas vim
⁊ vigorẽ habere ac viribꝰ ſubſiſtere decernimꝰ p p̄ſentes nõ ob
ſtantibꝰ cõſtitutionibꝰ aplicis/ ac omnibꝰ illis que dictus p̄de
ceſſoꝛ in eiſdẽ litteris nõ obſtare voluit/ ceteriſq; cõtrarijs qui-
buſcũq;. Tenoꝛ vero ipſarũ litteraꝝ de verbo ad verbũ ſequit͛
⁊ eſt talis. **Caliſtus** Epſ ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futurã rei
memoriã. Ad fructus vberes quos ciſtercieñ ordo in agro mi-
litantis eccleſie plantatus dextera dñi velut arboꝛ bona ꝓdu-
xit hactenus ⁊ ꝓducit conſideratõis noſtre oculos extẽdentes
aplici fauoris preſidiũ ſibi libẽter impartimur/ ⁊ in his que ſo-
lidationẽ ſtatus/ necnõ ppetuã pacem ⁊ tranquillitatẽ eiuſdẽ
cõcernũt nos gratioſos ⁊ fauorabiles exhibemus. Cum itaq;
ſicut ad apoſtolatus noſtri peruenit auditũ ordini Ciſtercieñ
p̄fato ac illius monaſterijs/ pſonis/ atq; locis magna piculoſe

deſolationis diſpendia imminere noſcant ex eo quia nonnulli pretextu quorundã litterarũ apl'icarum etiã ad vacatura ſe extendentiũ in dictis monaſterijs atq; locis preſici ꝛ ꝑeſſe preſumunt. Nos tñ per hoc noſtre cõſciẽtie ſerenitas remaneat intrãquilla/taliũ turbationũ materias ab eodẽ ordine ꝓpellere ꝑmiſſiſq; ſcandalis ꝛ incõueniẽtijs quantũ nobis ex alto ꝑmittitur obuiare/necnõ circa hoc ſalubre remediũ adhibere cupientes motu ꝓprio nõ ad alicuius nobis ſup hoc oblate petitionis inſtantiam ſed ex certa noſtra ſcientia ꝛ apl'ice poteſtatis plenitudine ſtatuim⁹ noſtreq; intentionis fuiſſe ꝛ eſſe declaramus/necnõ harũ ſerie cõcedimus q' nulla ꝑ nos aut ſedẽ apoſtolicã ſeu noſtra vel ipſi⁹ aut alia quauis auctoritate in genere vel in ſpecie ſub quibuſuis formis aut verborũ expreſſionibus/ꝛ cũ quibuſcũq; etiã indiuidualiũ taliarũ derogatoriarũ clauſularũ etiã taliũ q' illis ꝑ queuis alia apl'ica litteras/priuilegia/ꝛ indulta ipſis etiã ſignãter ſpecifice ꝛ expreſſe derogantia mĩme derogatũ eſſe vel fuiſſe cenſeat/ſeu derogari nõ poſſit vim ꝛ effectũ habentib⁹ ceteriſq; effectui ꝑſitiũ ꝑiudicialib⁹ clauſulis ac decretis irritãtib⁹ quibuſuis ꝑſonis cuiuſcũq; ſtatus/gradus/dignitatis/ordinis/vel cõditionis/etiã ſi ſctẽ Romañ eccleſie cardinales/aut ſedis apl'ice officiales/ſeu epĩ/aut alterius ordinis abbates/etiã motu ꝛ ſcientia ſimilibus/ſeu ad regũ/principũ/vel prelatorũ quorũlibet ſupplicationẽ/vel aliquorũ reſignatorũ beneficiorũ iuris ceſſionẽ vel recõpenſationis/aut alio quouis intuitu/ſeu in eorũ fauorẽ conceſſa hactenus vel impoſterũ concedenda expectatiue cõmende/aut alie queuis littere/facultates/noĩationes/ꝛ mandata/necnõ ꝓrogatiue/antelationes/declaratiões/exceptiones/priuilegia ꝛ indulta/ac facte ꝛ forſan faciende/etiam de primo vacaturis monaſterijs/prelaturis/dignitatibus/ꝛ locis dicti ordinis ſpeciales reſeruationes quorum omnium tenores/ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent preſentibus haberi volumus pro expreſſis et que ſuũ nondũ ſortita ſunt effectũ quorumq; vigore in ipſis monaſterijs aut eorum aliquo non eſt alicui ius queſitũ ad monaſteria/prelaturas/abbatiales/ꝛ alias dicti ordinis

dignitates ꝛ loca etiā vtriuſqꝫ ſexus ordinis hmōi aliqualiter
ſe extendunt/aut quōlibet ſe extendere poſſint ſiue debeant/
nec monaſterioꝝ ꝛ locoꝝ huiuſmodi cōuentus religioſe pſo-
ne/aut vaſalli/etiā vtriuſqꝫ ſexus ad receptionē alicui⁹/etiam
auctoritate taliū litterarū ꝛ pceſſuū exinde habitoꝝ teneant̄/
nec ppterea interdici/ſuſpendi/vel excōicati poſſint caſſantes
ꝛ irritantes/ac p infectis ꝛ nullis habentes illa omnia ꝛ ſingu
la talia expectatiuas/gratias/facultates/litteras/nominatio-
nes/reſeruationes/nominādi/reſeruandi/vniendi/ꝛ alia man
data aplica ſuū effectū nondū ſortita ꝛ alia p que effectus pre-
ſentiū quomodolibet impediri poſſet/vel differri/ac decernen
tes illis nullā in iudicio vel extra fidem adhibendā fore/nec cō
uentus ꝛ pſonas eorundē monaſterioꝝ ad receptionē eorun-
dē pretextu litterarū ipſarū teneri. Necnō put eſt irritū et ina-
ne ſi qd ſecus ſup his a quoquā q̄uis auctoritate ſcienter vel ig
noranter impoſterū cōtigerit attemptari. Non obſtantib⁹ ſi in
facultatib⁹ ꝛ litteris ſeu mandatis huiuſmodi tales appoſite fu
erint clauſule/ſcꝫ aut ſi locoꝝ ordinarijs/ſeu abbatib⁹/ abba-
tiſſis/vel cōuentibus dicti ordinis/vel quibuſuis alijs cōmu-
niter vel diuiſim ab eadē ſede indultū ſit q̄ ad receptionē vel
puiſionē alicui⁹ minime teneant̄/ꝛ ad id cōpelli/aut q̄ interdi
ci/ſuſpendi/vel excōmunicari nō poſſint p litteras aplicas nō
facientes plenā ꝛ expreſſam ac de verbo ad verbū de indulto
hmōi mentionē/p quā quidē clauſulā aut cuiuſuis alteri⁹ ſimi
lis vel efficacioris clauſule adiectionē vel appoſitionē decerni-
mus pſentib⁹ nō fuiſſe ſufficienter derogatū/ac cōſtitutionib⁹
ꝛ ordinationib⁹ aplicis/puilegijs quoqꝫ ac ſtatutis ꝛ cōſuetu-
dinibus ordinis ꝛ monaſterioꝝ iuramento cōfirmatione apli-
ca vel quacūqꝫ firmitate alia roboratis ceteriſqꝫ cōtrarijs qui-
buſcunqꝫ. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā noſtro-
rū ſtatuti declarationis/cōceſſionis/caſſationis/ ꝛ irritationis
infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc at-
temptare pſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/ac beato
rū Petri ꝛ Pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Ro-
me apud ſanctū Petrū Anno incarnatōis dnīce M.cccc.lviij

iij.kl. Maij. Pontificatus noſtri Anno quarto. Ceterū q̄a difficile foret p̄inſertas ꝛ p̄ſentes litteras ad ſingula in quibus de eis fides forſan facienda fuerit loca deferre volumus ꝛ apl̄ica auctoritate ſupradicta decernim⁹ ꝙ ipſarū trāſumpto alicuius ep̄alis vel ſuperioris eccleſiaſtice curie ſigillo munito ac ſigno ꝛ ſubſcriptione notarij publici ꝛ legalis ſignato in iudicio ꝛ extra tanꝗ̄ in ipſis p̄inſertis ꝛ p̄ſentibus litteris ſi exhiberētur plena fides adhibeat/ac p̄inde ſtetur ac ſi ipſe p̄inſerte ꝛ p̄ſentes littere forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginam noſtrorū cōfirmationis/cōmunitionis/ſuppletionis/voluntatis/ꝛ decreti infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attemptare p̄ſumpſerit/ indignationē omnipotētis dei/ ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū. Datū Mantue Anno incarnationis dn̄ice. M.cccc.lix. vij.kl. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno primo.

Premiſſam bullā cōfirmat dn̄s Sixtus papa. iiij. in bulla q̄ incipit Regimini vniuerſalis. Et ſimliter dn̄s Innocētius papa. viij. in bulla ſub forma codicis/que incipit Regimini vniuerſalis eccleſie.

Perpetuū decretū ꝙ bona monaſteriorū ordinis ſint cōmunia ꝛ in monaſterio cōſeruentur/ ꝛ per cōmendatarios ſeu eorum officiarios non alienentur. Et ſuper hoc obedire debent ordinationi viſitatorum ordinis appellatione non obſtante. Et viſitatio monaſteriorū cōmendatorum ꝛ aliorum eis ſubiectorum per

abbatem ciſtercij ⁊ quattuor primos ſo-
lum fieri debeat/⁊ illos duntaxat religi-
oſi debent recipere/⁊ in eorum manibus
profeſſionem emittere. Itē officiales mo-
naſteriorum cōmendatorū qui debent eſ
ſe ordinis ꝓfeſſi/ſubijciuntur correctio-
ni ⁊ punitioni patrum abbatū ⁊ aliorum
viſitatorū ordinis/⁊ ſi debitam ipſis mo
naſterijs ⁊ conuentibus nō preſtiterint
obedientiā per ipſos viſitatores coerce-
antur. Itē abbas ciſtercij ⁊ quattuor pri-
mi poſſunt gubernatores monaſteriorū
huiuſmodi ad illorum reedificationem
et ad prouidendum conuentui et ad fa-
ciendum ea que abbates tenerentur ſi
monaſteria haberent abbatem compel-
lere. Itē commendatarij eadem iuramen-
ta facere tenentur ſicut abbates cum ad-
ditione ꝙ conuentib⁹ prouidebunt ſuf-
ficienter de pane/vino/⁊ pictantia per re-
ligioſos ordinis et nō per ſeculares. Itē
quamdiu monaſteria ſunt commendata
monachi tenentur annualem confeſſio-
nem facere/et ſuum proprium dare patri

viſitatori ſeu alicui de quattuor prīnis

Qꝫ officiales ſpirituales ꝛ tēporales monaſteriorū comendatariorū ſint pfeſſi ordinis/ ꝛ claues cartarū librarie ꝛ iocaliū cuſtodiāt. Qꝫ officiales dictorū monaſteriorum debent iurare corā conuētu ꝙ fideliter colligent bona/ defendent iura/ et ipſa fideliter exponent ad vtilitatem monaſteriorum.

V Ius Epus ſeruus ſeruorū dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā Sup gregem dominicū nobis licet īmeritis deſuper creditū extēdentes vigilis ſpeculatoris officiū in decore ac felici ſtatu ſacre religionis ciſtercienſis ingenti mentis exultatione reficimur ꝓſpicientes potiſſime ꝙ monachi dicti ordinis ꝑ bonorū operū exercitiū ꝛ p̄clara ſanctitatis merita ꝓcedentes ceteros ad diuine maieſtatis obſequiū retrahunt ꝑ exemplū vitam. ducēdo ꝓpiiſſimā diuiniſqꝫ laudibus ex quibꝰ gloria tollitur. altiſſimi acuratiꝰ inſiſtendo vnde digne ducimur euiſdē ordinisqꝫ ac illiꝰ ꝑſonarum obuiare diſpendijs/ ꝛ noſtre ꝓuiſionis ope//ita ſalubriter ꝓuidere ꝙ ordo ip̄e illiuſqꝫ ꝑſone monaſteria ꝛ loca optate felicitatis in ſpiritualibus ꝛ tēporalibus ꝓficiant iincrementis/ hinc eſt ꝙ nos dilectorū filiorū Johannis abbatis ciſtercij ac generalis capituli ordinis ciſterciēn in hac parte ſupplicationibꝰ inclinati hoc ꝑpetue cōſtitutionis edicto auctoritate apl̄ica ꝛ ex certa ſciētia ſtatuimus/ decernimꝰ/ ꝛ declaramꝰ ꝙ omnia bona monaſteriorum ꝛ alioꝝ locorū dicti ordinis ſint cōmunia/ ꝛ ꝙ vaſa argen-

tea ⁊ clenodia ⁊ alia quecūq bona ad decorē ⁊ ornamentū ab-
batis ⁊ cōuentus cuiuſlibet monaſteriorū eorundē maneant ⁊
cōſeruentur in quolibet monaſterio ordinis antedicti quodq
vaſa clenodia ⁊ bona p̄dicta p cōmendatarios ipſorꝝ monaſte
riorꝝ/ vel eorū officiarios vendi vel alienari nō poſſint ſeu de-
beāt quoquō/ſed viſitatores eiuſdē ordinis officiarios predic-
tos ad obſeruationē ſtatuti decreti/⁊ declarationis huiuſmodi
p cenſuras eccleſiaſticas ⁊ alia oportuna iuris remedia ſubla-
to cuiuſuis appellationis obſtaculo aplica auctoritate cōpelle-
re valeant/⁊ teneant. Viſitatio quoq monaſteriorū et locorū
eorundē ac eis ſubiectorū que in cōmendā tenent ⁊ p tempore
obtineri cōtigerit ad abbatē ciſtercieñ ⁊ quattuor primos cuili
bet in ſua generatione iuxta formā antiquorꝝ priuilegiorū ei-
dem ordini conceſſorꝝ ptineat/ac monachi ipſorꝝ monaſteriorꝝ
cōmendatorū abbatē ciſtercieñ p tempore ⁊ quattuor primos
huiuſmodi dūtaxat ad eādē viſitationē recipere/⁊ in eorū ma-
nibus pfeſſionē emittere debeant ⁊ ſint aſtricti. ipſiq abbas ⁊
quattuor primi eoſdē monachos viſitare/ corrigere/ ⁊ punire
iuxta criminū ⁊ exceſſuū exigentiā punire debeant ⁊ teneant.
Officiales vero dictorꝝ cōmendatorꝝ monaſteriorū qui eiuſdē
ordinis religioſi fuerint vel exiſtāt correctiōi/punitiōi ⁊ emēda-
tioni patrū abbatū ⁊ aliorꝝ viſitatorum dicti ordinis ſint ſubie
cti/⁊ ſi debita ipſis monaſterijs ⁊ illorū cōuentibus ſeu mona-
chis nō preſtiterint obedientiā p viſitatores dicti ordinis pu-
niātur ⁊ coherceant/ac abbas ciſtercieñ ⁊ quattuor primi/ nec-
nō quilibet ipſorū gubernatores ⁊ cōſeruatores ipſorum mo-
naſteriorū cōmendatorū ad reedificandū illorū edificia neceſ-
ſaria ⁊ in bono ſtatu manutenendū/ ac etiā ad puidendū de-
bite ⁊ honeſte cōuentibus monaſteriorū eorundē ⁊ alia facien-
dū que abbates ibidē facere tenerent ſi monaſterijs cōmenda
tis huiuſmodi p̄ſiderent ſimiliter cōpellere valeant/quodq om-
nes ⁊ ſinguli cōmendatarij monaſteriorū eorundē anteq illo-
rum poſſeſſionē regiminis ⁊ adminiſtrationis bonorꝝ aſſequā
tur ſolitū iuramentū videlicet q bona imobilia ad ſuū mona-
ſteriū ptinentia non vendent nec alienabunt/ aut impignora-

bunt/ſeu de nouo infeudabunt/ ⁊ alias in forma ſolita ꝓut ve-
ri abbates ipſorū monaſteriorū p̄ſtare cōſueuerint/ ⁊ ꝙ etiam
cōuentualib⁹ panē/vinū/pictantiā ꝑ aliquē de fratribus dicti
ordinis ⁊ nō ꝑ ſeculares ꝑſonas/cerimonias vel alias dicti or-
dinis honeſtates ignorantes/miniſtrabit ſeu miniſtrari faciet
p̄ſtare debeant ⁊ teneñt. Itē declaramus ſufficere ꝙ quādiu mo-
naſteria vel loca ipſa in cōmendā tenebuntur/illorū monachi
annualē dumtaxat faciant confeſſionē/ ⁊ ſuū ꝓprium eorum pa-
tri viſitatori aut alicui ex quattuor primis reuelent ſeu tradāt.
Nec nō prior ⁊ ſupprior in eiſdē cōmendatis ſeu cōmendandis
monaſterijs officiales ſpirituales ⁊ temporales/ ac cellararius
qui claues cartarum librarie ⁊ aliorū iocaliū monaſterij habe-
nt predicti ordinis profeſſi ⁊ nō officiales ſeculares exiſtentib⁹
religioſis ordinis per cōmendatarios etiā ſi ſancte Romane ec-
cleſie cardinales fuerint inſtituantur. Sacriſta vero infirmarius
⁊ portarius alijq; officiales intra monaſteria huiuſmodi com-
morantes corā cōuentibus eorundē monaſteriorū ꝙ illorū bo-
na temporalia recolligent tuebunt ⁊ defendent/ ⁊ bene colligi
facient/ac ipſa exponēt iuxta ſtatuta apoſtolica de p̄miſſis ex-
preſſam mentionē facientia iuramentū preſtare debeant ⁊ te-
neantur. Decernentes irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoq;
quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter cōtigerit attempta-
ri. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā noſtrorū ſtatu-
ti/decreti/declarationis/ ⁊ cōſtitutionis infringere/ vel ei auſu
temerario ꝯtraire. Si quis autem hoc attemptare p̄ſumpſerit
indignationē omnipotētis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apo-
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Mantue Anno in-
carnationis dominice M.cccc.lix. Pridie Noū Auguſti. Pō-
tificatus noſtri Anno primo.

Ut viſitatores ordinis nullius commen-datarij/vel alterius queſito conſenſu poſſunt omnia ordinis monaſteria viſitare

reformare perſonas corrigere eas ad alia
monaſteria tranſferre et alias idoneas vſ
q3 ad ſufficientē numerum ſurrogari/ nec
non cōmendatarios eorūq3 negociorum
geſtores compellere ad ſolutionē contri
butionum ſicut abbates dictorū mona
ſteriorum eorū predeceſſores/ ⁊ ad ple
num viſitationis ⁊ correctionis officium
exercere inuocato auxilio brachij ſecu
laris.

Pius Eps ſeruus ſeruorū dei. Ad fu
turā rei memoriam. Inter cete
ros ordines in vniuerſali eccleſia ſtabilitos
quibus nos pretulit clementia ſaluatoris
Ciſtercieñ precipuis affectibus ꝓſequētes
pro ſingulorum ipſius ordinis monaſterio
rum conſeruatione vt in eis maieſtas altiſ
ſimi collaudetur iugiter in benedictionibus
gratiarū ſuiq3 glorioſi nominis cultus ⁊ ſa
cre religionis obſeruantia vigeant/ aciem
attente conſiderationis extendimus/ ac circa ea per que felici
bus ipſorum ſucceſſibus conſulatur quantum nobis ex alto
permittitur partes noſtre ſollicitudinis fauorabiliter adhibe
mus. Sane pro parte dilectorum filiorū Guidi ciſtercieñ/ nec
nō ceterorū ciſtercieñ ordinis monaſterioꝝ abbatū nobis nuꝑ
exhibita petitio cōtinebat/ ꝙ licet ex regularib⁹ inſtitutis dicti
ordinis auctoritate aplica approbatis/ necnō de antiqua ⁊ ap
probata hactenusq3 ac tāto tpe pacifice obſeruata ꝯſuetudine

ꝙ in cõtrariũ memoria nõ exiſtit viſitatores ipſiꝰ ordinis ad vi
ſitandũ illiꝰ monaſteria ꝓ tempore deputati/ tam ꝓ directio-
ne ꝑſonarũ in eis altiſſimo famulantiũ ꝗꝫ ipſoꝝ monaſterioꝝ
reformatione ſtatutis temporibus ſingula monaſteria ꝑdicta
eiſqꝫ ꝑſidentes ⁊ in illis ſub regulari habitu degentes ꝑſonas
tam in capite ꝗꝫ in membris viſitare ⁊ reformare/ necnõ in eis
quecunqꝫ ad plenũ viſitationis officiũ ꝑtinere/ac ipſarũ perſo
narũ directionẽ cõcernere dinoſcunt̃/ſm deũ ⁊ inſtituta huiuſ-
modi ꝑagere cõſueuerint ipſiqꝫ viſitatores iuxta cõmiſſi eis of
ficij debitũ ꝗꝫ plura ex monaſterijs ꝑdictis/que ꝑ diuerſas eti-
am in dignitatibꝰ eccleſiaſticis conſtitutas ꝑſonas in admini-
ſtrationẽ vel cõmendã obtinẽtur viſitare ⁊ reformare/ necnon
eorundẽ ꝑſonarũ correctioni ⁊ emẽdationi intẽdere voluerint
⁊ ꝓ poſſe tentauerint. Quia tamẽ adminiſtratores ⁊ cõmen-
datarij ꝑdicti/ſiue coꝝ vicarij vel officiales eos ad viſitationẽ
⁊ reformationẽ huiuſmodi quibꝰ ipſa monaſteria ⁊ ꝑſone plu-
rimũ indigere noſcũtur faciendas recipere ⁊ admittere/ necnõ
cõtributionẽs ad quas ratione monaſterioꝝ eorundẽ ex cõceſ-
ſione ⁊ ordinatione apoſtolica dicto ordini efficaciter obligan-
tur/⁊ quas eorũ ꝑdeceſſores dictorũ monaſterioꝝ abbates q
fuerunt ꝓ tẽpore ꝑſoluerunt contra iuſticiã ſoluere recuſarunt
hactenꝰ ⁊ recuſant/ipſa monaſteria in ſpiritualibꝰ ⁊ temporali
bus multipliciter deformata remanſerũt/ac in eis non ſolũ re-
gularis obſeruantia ⁊ monaſtica diſciplina extincta ſunt. Ve-
rum etiã in eorũ aliquibꝰ licet opulentiſſimis pauci reſidẽt mo
nachi/⁊ in pleriſqꝫ diuerſoꝝ ordinũ ꝑſone labe apoſtaſie ⁊ alijs
reſperſi criminibꝰ ſine lege ⁊ timore domini viuẽtes cõmoran-
tur in graue diuine maieſtatis offenſam religiõis opprobrium
ꝑniciosum exemplũ fideliũ/⁊ ſcandalũ plurimorũ. Quare pro
parte abbatũ ꝑdictorũ nobis fuit humiliter ſupplicatũ/vt ordi
nis ⁊ monaſterioꝝ eorundẽ indẽnitatibus ne ad totalẽ ruinã
deformationẽqꝫ deueniat oportune prouidere de benignitate
apl'ica dignaremur. Nos igitur qui ex officij paſtoralis mini-
ſterio nobis licet imeritis ſupna diſpoſitione cõmiſſi eccleſiaꝝ
⁊ monaſterioꝝ omniũ diſpendijs occurrere ⁊ ꝑfectibus inten

dere iure tenemur hmōi ſupplicationibus inclinati auctoritate aplica hac ꝑpetuo valitura cōſtitutione ſtatuim⁹ ⁊ ordinamus q ipſius ordinis viſitatores qui ꝑ tempore erunt auctoritate pſentiū abſq aliculus licentia vel ꝯſenſu quotiens oportunū fuerit omnia ⁊ ſingula ipſius ordinis monaſteria/ etiā ſi illa qbuſuis pſonis eccleſiaſticis pontificali vel quauis alia eccleſiaſtica dignitate pdictis cōmēdata/aut in adminiſtrationē ꝯceſſa ſeu cōmiſſa fuerint iuxta ſacrorū canonū ⁊ inſtituta predicta viſitare ⁊ reformare/ac illorū pſonas corrigere/⁊ ſi id eis expediens videat pſonas ipſas ad alia eiuſdē ordinis monaſteria transferre/ atq alias idoneas eorū loco vſq ad ſufficientē numerū ſubſtituere ⁊ ſurrogare/cōtributiōes quoq predictas auctoritate ꝓpria exigere/eoſdēq adminiſtratores ⁊ cōmēdatarios/ſiue eorū negociorū geſtores quēadmodū eorū pdeceſſores ipſorꝫ monaſteriorꝫ abbates qui ꝑ tempore fuerūt ad id cōpellere/necnō queciiq alia facere ſtatuere ⁊ ordinare libere ⁊ licite valeant que ad plenū viſitationis ⁊ correctionis officiū ptinere noſcunt ⁊ ꝓut ſcdm deū reformationi/directioni/ac ꝓſpero ſtatui monaſteriorū ⁊ perſonarꝫ huiuſmodi cognouerint expedire. Cōtradictores quoſlibet ⁊ rebelles ꝑ cenſurā eccleſiaſticā ⁊ alia oportuna iuris remedia cōpeſcendo/ inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Nō obſtañ quibuſcunq priuilegijs/exemptionib⁹/libertatibus/indultis/⁊ gratijs/tam cōmendatarijs ⁊ adminiſtratorib⁹ q alijs pſonis predictis ꝑ nos vel ſedē apoſtolicā ſub quauis forma vel expreſſione verborū cōceſſis/etiā ſi de illis eorūq totis tenorib⁹ habenda eſſet in pſentibus mentio ſpālis/quibus omnib⁹ inqntū per ea viſitatorū eorūdē officiū impediri aut retardari poſſet derogari volumus ⁊ derogamus expreſſe/ipſis alias in ſuo plenario robore duraturis ceteriſq cōtrarijs quibuſcūq. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā noſtre cōſtitutionis ordinationis/volūtatis/⁊ derogatiōis infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare preſumpſerit/indignationē omnipotentis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Rome apud ſanc-

tum Petrum Anno incarnationis dominice M. cccclxj. iiij. Idus Aprilis. Pontificatus nostri Anno quarto.

Bulla ſuper duabus regulis cancellarie apoſtolice/ de reuocatione expectatiuarum/reſeruationum/ vnionum/annexionum. ꝛc.

Pius Eps ſeruus ſeruorũ dei. Ad futurã rei memoriam. Cunctis diſponentes fidelibus iuſticiã miniſtrari tenores quarundã per nos dudũ editarum conſtitutionũ que die quinta menſis Septembris/Anni incarnationis dominice Milleſimi quadringenteſimi quinquageſimioctaui publicate fuerũt ad inſtantiã dilecti filij magiſtri Jacobi Buroñ vicedomini eccleſie Remeñ ſciptoris ꝛ familiaris noſtri ſe illis ꝓ ſui cõſeruatione iuris indigere aſſerẽtis ꝑſentibꝰ annotari fecimꝰ volentes ꝛ decernentes ꝙ huiuſmodi ſic inſertis tenoribus ſtetur/ꝛ plena fides adhibeatur vbicunqꝫ in iudicio vel extra exhibiti fuerint vel oſtenſi/ quarũ quidẽ conſtitutionum tenores ſequunt̃/ꝛ ſunt tales. Item ſuoꝝ predeceſſorum veſtigijs inherendo reuocauit quaſcũqꝫ gratias expectatiuas necnõ alias ꝙ̃ ſuꝑ quibus per cancellariã apoſtolicã littere in forma ſolita expediri cõſueuerunt reſeruationes de quibuſuis etiam patriarchalibꝰ/metropolitañ/ꝛ alijs cathedralibꝰ eccleſijs a monaſterijs ꝛ beneficijs vacaturis cũ mandatis de ꝓuidendo ꝛ extenſionibus inde ſecutis per dictum predeceſſorẽ in fauorem quorũcunqꝫ ꝛ quibuſcunqꝫ/etiã ſi ſint ſancte Romane eccleſie cardinales conceſſas ꝛ factas/ ac facultates nominandi/ꝛ reſeruandi/ac cõferendi prerogatiuas ꝛ indulta/ que circa gratias ꝛ reſeruationes huiuſmodi ab eodẽ predeceſſore

emanarunt quo ad ea in quibus nondū ſortite ſunt effectum. Item rationabilib⁹ ſuadentib⁹ cauſis ipſe dñs noſter omnes vniones/annexiones/⁊ incorporationes de quibuſuis cathedralib⁹/necnō alijs eccleſijs/ac monaſterijs/dignitatibus/pſonatibus/officijs/ac beneficijs ⁊ locis eccleſiaſticis/qualiacūq; fuerint inuicē vel alijs eccleſijs/monaſterijs/mēſis/dignitatib⁹/pſonatibus/officijs/beneficijs/⁊ locis quomodolibet apoſtolica vel alia quauis auctoritate factas que ſuum ſortite non ſunt effectū/ac quecūq; cōceſſiones ⁊ mandata ſup vnionibus/annexionibus ⁊ incorporationib⁹ taliter faciēdis reuocauit/caſſauit ⁊ irritauit/nulliuſq; decreuit exiſtere firmitatis/nec alicui quaſcūq; clauſulas vel adiectiōes in quibuſuis apoſtolicis/etiā que motu pprio ⁊ ex certa ſcientia pceſſerant vel emanauerant litteris quomodolibet cōtentas aduerſus reuocationē/caſſationē/⁊ irritationē huiuſmodi noluit aliquaten⁹ ſuffragari. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtre voluntatis ⁊ conſtitutionis infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare pſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Mantue Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono. xij. kl. Septēbris. Pontificat⁹ noſtri Anno primo.

Ut tranſumptis alicuius epiſcopalis ſimul ⁊ abbatialis curie ſigillis munitis/ac duorum ſeu plurium legaliū notariorum ſubſcriptionibus ⁊ ſignis ſubſcriptis omnimoda fides ſicut originalibus litteris adhibeatur. o 4

Pius Ep̄s ſeruus ſeruorū dei: Dilectis filijs abbati ⁊ cōuentui monaſterij ciſtercieñ Cabiloneñ dioceſ. Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Solet aplice ſedis copioſa benignitas honeſtis votis poſcentiū benigne annuere/ ⁊ p eorū ac monaſteriorū in quib⁹ diuinis obſequijs mancipati ſunt indēnitatib⁹ ſalubrit puidere. Sane p parte veſtra nobis nuper exhibita petitio cōtinebat/ ꝙ licet vobis ac p̄fato ⁊ alijs monaſterijs veſtri ordinis q̄ꝫ plura priuilegia/ exemptiōes/ libertates/ īmunitates/ ⁊ indulta fuerint ab aplica ſede ꝯceſſa put in diuerſis litteris aplicis deſup cōfectis que in archiuo eiuſdē monaſterij ad ꝑpetuā rei memoriā cōſeruanť plenius cōtineť. Quia tn̄ ſepe cōtingit ꝙ ꝓpter emergentiū negocioꝝ oportunitates ⁊ cauſas/ ⁊ alias ꝯtrouerſias que ſup bonis dicti ordinis ſepi⁹ oriunť ipſaꝝ lraꝝ tenores ad Romanā curiā ⁊ alia remotiſſima loca in diuerſis iudicijs vos exhibere oportet/ vos iſtātis tēporis maliciā viarūꝗꝫ diſcrimina ⁊ locorū diſtantiū nō imerito formidantes lr̄as ⁊ pͥuilegia hmōi ad loca remota deferre ꝑtimeſcitis quo fit vt ex hoc veſtra ⁊ monaſteriorū eorūdē iura depereant/ ⁊ eoꝝ bona multipliciter diſſipenť in nō modicū veſtrū ⁊ monaſteriorū eorundē p̄iudiciū ⁊ grauamen. Quare p parte veſtra nobis fuit hūiliter ſupplicatū/ vt indēnitati veſtre ſup his oportune puidere paterna diligētia curaremus. Nos itaꝗꝫ hmōi ſupplicationibus inclinati/ auctē aplica tenore p̄ſentiū decernim⁹/ ac vobis pariter indulgem⁹ ꝙ tranſumptis alicui⁹ ep̄alis ſimul ⁊ abbatialis curie ſigillis munitis/ ac duorū ſeu pluriū legaliū notariorū ſubſcriptionib⁹ ⁊ ſignis ſubſcriptis ⁊ ſubſignatis omnimoda fides adhibeať/ ciſꝗꝫ in iudicio ⁊ extra/ ac vbicunꝗꝫ fuerint exhibita vel pducta pinde ſtettur/ ipſaꝗꝫ trāſumpta oīmodā rei ſeu facti certitudinē faciāt/ ⁊ illud idē robur obtineāt in oībus ⁊ p oīa/ ac ſi ip̄a originalia priuilegia/ ſeu littere forēt exhibita vel oſtenſa. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hanc paginā no-

ſtre cōſtitutionis ⁊ indulti infringere/ vel ei auſu temerario cō-
traire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/ indignationē oī-
potentis dei/ ac beatorū Petri ⁊ Pauli apl'orum eiꝰ ſe nouerit
incurſurū. Datū Rome apud ſanctū Petrū/ Anno incarn dnī
cc M.cccc.lxiij.iij.kl'.Julij. Pōtificatus nr̄i Anno quinto.

Confirmationē Clemētine a domino Pio papa.ij. vide an-
te Clemens papa.iiij.

Confirmationē Benedictine a domino Pio papa.ij. vide
ante Benedictus papa.xij.

Priuileg' dn̄i Sixti pape.iiij.

Qꝫ omnes ordinis pſone cuiuſlibet ſex-
us ⁊ cōditiōis/ ac etiā donati/ familiares
iconomi/ ⁊ ꝓcuratores poſſūt in mortis
articulo/ cū ſalutari penitētia abſolui ab
omnibꝰ ⁊ ſingulis excōis/ ſuſpeñ/ ⁊ inter
dicti/ ⁊ alijs ſentētijs cenſuris et penis ec
cleſiaſticis. Necnō ab oībus criminibꝰ/
exceſſibꝰ/ delictis/ ⁊ peccatis quibuſcūqꝫ
etiā ſancte ſedi reſeruatis/ plenariā abſo-
lutionē ⁊ remiſſionē/ ac ſanctiſſimū iubi-
leū/ ſiue omnes indulgētias quas tēpo-
re iubilei Rome exiſtentes viſitantes ec-
cleſias ad hoc deputatas cōſequunt̄ reci
pere/ Et ꝙ ſi mors inde nō ſequat̄ poterit
hec gratia ſeu indulgētia totienſquotiēs

neceſſe fuerit reiterari/cum certis alijs cō
ditionibus infra declaratis/

Sixtus Epūs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs vniuerſis ab-
batibus/abbatiſſis/prioribus/monachis/
militibus/monialibus/nouicijs/ conuerſis
donatis/familiaribus/cōtinuis comenſali-
bus/iconomis/ procuratoribus/⁊ alijs pſo-
nis vtriuſq; ſexus ciſtercieñ ordinis pſenti-
bus ⁊ futuris. Salutem ⁊ apoſtolicā benedictionē.) Sacroſanc
te religionis veſtre puritas/vite ſanctimonia/feruor deuotio-
nis/ac in dominici agricultura labor aſſiduus/quibus ad ſu-
pernū brauiū feliciter cōprehendendū/ceteriſq; fidelib⁹ impe-
trandū/totis inſudatis viribus/nos ꝓuocant vt antiqui ho-
ſtis iacula quibus vos ceteroſq; ſpiritualis vite ſectatores im
petere atq; impedire nititur/ſcuto noſtre ꝓtectionis tanto pro
pellamus diligentius quanto de veſtri profectus fruſtratione
ſi forte qđ abſit callidi hoſtis decepti verſutijs inuanū currere
tis/amplius doleremus/hinc eſt ꝙ nos ſaluti animarū veſtra-
rum conſulere cupientes/dilecti filij Hymberti abbatis Ciſter
cij deuotis ſupplicationibus inclinati vt ꝯfeſſor idoneus de or
dine veſtro quē quilibet veſtrum ad hoc duxerit eligendum cō
feſſionibus veſtris diligenter auditis/ab omnibus ⁊ ſingulis
excōmunicationis/ſuſpenſionis/⁊ interdicti/alijſq; eccleſiaſti-
cis ſentētijs/cenſuris ⁊ penis/a iure vel ab homine quomodo
libet latis/quib⁹ quomōlibet ligati fueritis ſeu alter veſtrum
ligatus fuerit/necnō pro cōmiſſis per vos ⁊ quēlibet veſtrum
criminibus/exceſſibus/delictis/⁊ peccatis quibuſcūq;/quan-
tumcūq; enormib⁹/etiā ſi talia fuerint propter que ſedes apo-
ſtolica merito foret cōſulenda/ſemel in mortis articulo/debi-
tam vobis ⁊ cuilibet veſtrū abſolutionem impendere/ac peni

tentiam ſalutarem iniungere/ necnon omniũ peccatorum ve-
ſtrorum de quibus corde contriti ⁊ ore confeſſi fueritis plena-
riam remiſſionem/ necnõ ſanctiſſimũ iubileum/ ſiue omnes et
ſingulas indulgentias/ ac plenariam omniũ peccatorũ veſtro-
rum remiſſionẽ/ per nos ⁊ p̃decessores noſtros Romañ ponti-
fices chriſtifidelibus perſonaliter anno iubilei Romam veni-
entibus/ ⁊ eccleſias ad hoc ſtatutas ⁊ deputatas vere contriti
⁊ confeſſi viſitantibus quouiſmodo cõceſſas/ ⁊ quas cõſequũ-
tur ac conſequi poſſunt/ ac ſi perſonaliter veniretis/ ⁊ eaſdẽ ec-
cleſias per tẽpus ad hoc ſtatutũ viſitaretis. ac omnia ⁊ ſingu-
la per nos ⁊ predeceſſores noſtros pro iubileo/ ſiue indulgen-
tijs ⁊ remiſſionib⁹ huiuſmodi cõſequendis ordinata adimple-
retis/ cõſequeremini/ ⁊ haberetis/ ſeu conſequi ⁊ habere poſſe-
tis/ vobis in ſinceritate fidei/ vnitate ſancte Romane eccleſie/
ac obedientia ⁊ deuotione noſtra ac ſucceſſorum noſtrorũ Ro-
manorum pontificũ canonice intrantium perſiſtentibus auc-
toritate apoſtolica concedere valeat/ ita tamen q̃ ſi vobis vel
alteri veſtrum in aliqua infirmitate graui remiſſio ⁊ iubileum
ſiue indulgeñ huiuſmodi cõcedantur/ ⁊ mors inde non ſequa-
tur nihilominus abſoluti maneatis/ ⁊ quilibet veſtrum mane-
at/ vt prefertur/ ac plenaria remiſſio ⁊ iubileum. ſeu indulgen-
tie huiuſmodi in vero mortis articulo iterũ impendi poſſint/ ⁊
re volumus ꝛ ap̄lica auctoritate ſupradicta decernim⁹ q̄d ipſarū tranſumpto alicuius ep̄alis/vel ſuperioris curie eccleſiaſtice ſigillo munito/ac ſigno ꝛ ſubſcriptione notarij publici ſignato ꝛ legalis in iudicio ꝛ extra tanq̄ ipſis p̄inſertis ꝛ p̄ſentibus litteris ſi exhiberent̄ plena fides adhibeatur/ac p inde ſtet/ ac ſi ipſe p̄inſerte ꝛ p̄ſentes littere forent exhibite vel oſtēſe. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā noſtroꝝ cōfirmationis/cōmunitionis/ſuppletionis/ voluntatis / ꝛ decreti infringere/ vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/ac beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū. Datum Mantue Anno incarnationis dn̄ice M.cccc.lix.vij.kl'.Auguſti.Pontificatus noſtri Anno primo. Cum aūt ſicut accepimus nonnulli cōtra tenorē predictarū litterarū monaſterijs ipſius Ciſtercieñ ordinis quādoq̄ p̄ficiantur/aut eis monaſteria ipſa cōmittantur/ſiue in cōmendā cōcedantur/ꝛ ꝑpterea monaſteria huiuſmodi tam in ſpiritualib⁹ q̄ temporalibus nō modica paſſa fuerint ꝛ patiantur detrimēta. Nos ipſorū monaſteriorū ꝛ dicti ordinis ſtatum proſperū ꝛ tranquillū paterno zelantes affectu/motu ꝓprio non ad alicui⁹ ſuper hoc nobis oblate petitionis inſtātiā/ſed de noſtra mera liberalitate ſtatuta/ declarationes/caſſationes/irritationes/ ꝛ decreta predicta tam p ipſum Pium/ ac bone memorie Nicolaū .v. et Caliſtum.iij. Romanū pontifices p̄deceſſores noſtros/ quā Baldaſarē ep̄m Tuſculaneñ Johannē.xxiij.in ſua obedientia nūcupatum/ vt in preinſertis eorū litteris cōtinetur/ facta ꝛ conceſſa rata ꝛ grata habentes/illa ac omnia ꝛ ſingula in eiſdem ſingulis litteris contenta/necnō inde ſecuta quecunq̄/ auctoritate ap̄lica ex certa ſcientia ꝛ de plenitudine ſedis ap̄lice poteſtatis tenore preſentium pro nobis ꝛ ſucceſſorib⁹ noſtris Romanis pontificibus de fratrū noſtrorū conſilio cōfirmamus ꝛ approbamus/ac preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus/ſupplentes omnes ꝛ ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdē/ipſaſq̄ ſingulas litteras innouamus/vimq̄ ꝛ vigorem perpetuo habere ꝛ viribus ſubſiſtere decernim⁹. Non obſtantibus omnib⁹ que

Nicolaus/Caliſtus/⁊ Pius p̄deceſſores noſtri/⁊ Baldaſar p̄-
fati in p̄dictis eorū litteris voluerunt nō obſtare/ necnon qui-
buſuis ſpecialibus ⁊ generalibꝰ reſeruationibꝰ/litteris cōmen-
dis/ꝓuiſionibus/regulis/⁊ cōceſſionibus/alijſqꝫ cōſtitutioni-
bus ⁊ ordinationibꝰ apoſtolicis ex quacūqꝫ cauſa ꝓceſſerint/
aut ꝓcedent in futurū quorū omniū tenores ac ſi de verbo ad
verbū p̄ſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus/et
quibus earūqꝫ effectui vi/robori/⁊ executioni quatenus predi-
ctis ⁊ p̄ſentibus litteris earūqꝫ efectui aduerſarentur preiudi-
carent/nocerent/vel obuiarent/ſeu p̄iudicare/aduerſari/noce-
re vel obuiare poſſent quomodolibet in futurū/ motu ⁊ ſcien-
tia ſimilibus ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus/necnō monaſte-
riorū ⁊ ordinis predictorum iuramento cōfirmatione apoſto-
lica vel quauis firmitate alia roboratis/ſtatutis ⁊ cōſuetudini-
bus cōtrarijs quibuſcūqꝫ. Volumus autē qđ pro tempore or-
dinis auctoritate in abbates ipſorum monaſteriorū promoti
et aliorum beneficiorū prouiſi/infra quattuor menſes a die ꝓ-
motionū ſiue prouiſionū ſuarum ad curiā pro illarū confirma-
tione impetranda venire aut mitere/ ⁊ annatam ſiue medios
fructus primi anni ipſorum monaſterioꝝ ſcđm taxam in libris
camere apoſtolice poſitam ſoluere/ac de alijs iuribus conſue-
tis eidem camere ſatiſfacere tenētur. Alioquin ꝓmotiones ſi-
ue ꝓuiſiones illorū qui ſecus fecerint nullius ſint roboris vel
momenti/liceatqꝫ ex tunc nobis ⁊ dictis ſucceſſoribus noſtris
de ꝑſonis idoneis eiſdem monaſterijs ⁊ beneficijs pro quibus
vt p̄fertur factum nō fuerit ꝓuidere. Ceterum quia difficile fo-
ret p̄ſentes litteras ad ſingula loca in quibus ille forent neceſ-
ſarie tranſferri/etiam volumus ⁊ dicta auctoritate decernimꝰ
quod earū tranſumptio manu notarij publici ſubſcriptis/⁊ ſi-
gillo alicuius Archiepiſcopi/Epiſcopi/vel alterius prelati mu-
nitis/prorſus in iudicio ⁊ extra plenaria fides adhibeatur/ ac
illis ſtetur in omnibus ⁊ per omnia ſicuti originalibus litteris
adhiberetur ⁊ eis ſtaretur ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli
ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre cōfirmatio-
nis/approbationis/cōmunitionis/ſupplectionis/innouationis/

conſtitutionis/derogationis/voluntatis/⁊ decreti infringere/ vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare p̄ſumpſerit/indignationẽ omnipotentis dei/ ac beatorũ Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Rome apud ſanctum Petrũ/Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoq̄nto. vj. Idus Martij. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Bullam premiſſam ſeu priuilegium de verbo ad verbũ cõfirmat in magno codice dominus Innocentius papa octau⁹. Et incipit Regimini vniuerſalis/in principio.

Eiuſdẽ. Ut occurrendo deſolationi monaſteriorũ ꝑ cõmendatarios introducte/ mandatur diſtrictiſſime cõmendatariis ⁊ eorum officiariis/procuratoribus/fautoribus/adherentibus/receptorib⁹/ iconomis/vicariis/⁊ adminiſtratorib⁹/ ſub penis excõicationis/ anathematizationis/ ſuſpenſionis/ ⁊ interdicti/ necnõ ſub expreſſa p̄uatione regiminis ⁊ adminiſtrationis omniũ monaſteriorũ/ locorũ/ beneficiorũ/canonicatuũ/prebendarũ/ dignitatũ/perſonatuũ/officiorum/penſionũ fructuũ/⁊ prouentuũ/ac ſub pena inhabilitationis ad quecũqꝫ premiſſaꝝ vt pa

tribus abbatibus ⁊ cōmiſſarijs ordinis in qꝫpluribus articulis ibidem expreſſis ⁊ declaratis obediant. Datqꝫ ordini poteſtatē abſoluendi/rehabilitādi/⁊ reſtituendi eoſdem quotiens penitētes fuerint emendati/⁊ obedientes. Et ꝙ cōmendatarij nullam habent iuriſditionē ſeu executionē in dictis monaſterijs/ſed reducitur ad patrē abbatem.. Nota textū qꝛ tot ⁊ tanta ſunt ꝙ in ſummario non poſſent ſufficienter declarari.

SIxtus Eps ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā. Cura noſtra in varijs rebus quotidie emergentibus agitata/circa hoc potiſſime verſatur/vt paſtorale officium in ſacre religionis Ciſtercieñ ſtatu felici extendētes ita ope noſtre ꝓuiſionis ſalubriter ꝓuideamus ꝙ ordo ipſe/illiuſqꝫ monaſteria ⁊ loca/⁊ perſone in ſpiritualibus ⁊ temporalibus detrimenta nō ſuſtineant/ſed optate felicitatis proficiant incrementis. Sane licet monaſteria ⁊ loca eiuſdem ordinis ab eorum primeua fundatione honorifice conſtructa/ac fructibus/⁊ redditibus/⁊ ꝓuentibus pro ſuſtentatione abbatum/monachorū/miniſtrorum/et aliarum perſonarū inibi diuinis laudibus inſiſtentium competenter dotata/libriſqꝫ/calicibus ⁊ alijs ornamentis diuino cultui neceſſarijs munita/ac in vera obedientia ſuorum ſuperiorū perſiſtentes numero ſufficienti monachi quibus honeſte in victu ⁊ veſtitu prouidebatur inſtituti fuerint/ tamen ab aliquibus

temporibus citra ſicuti veridica relatione accepim⁹/ monaſte-
ria ⁊ loca eiuſdē ordinis que nōnulle perſone eccleſiaſtice/ ſecu-
lares ⁊ regulares ex conceſſione ⁊ diſpenſatione ſedis apoſto-
lice in cōmendam obtinent in eorum ſtructuris ⁊ edificijs ru-
unt/ Illorumꝗ bona mobilia ⁊ immobilia/ necnō fructus/ red-
ditus/ ⁊ ꝓuentus diſſipantur/ regularis obſeruantia in illis ſi-
cut deceret nō obſeruatur/ Officium diuinū decenter non ſol-
uitur/ monachi inſtituti numero nō ſunt ſufficienti/ ⁊ exiſtētes
victum ⁊ veſtitum nō habentes vt deceret prochdolor ab obe-
dientia ſuorū ſuperiorū retrahuntur/ ordo/ monaſteria/ ⁊ loca
huiuſmodi cōfunduntur/ ⁊ nō modica patiuntur detrimenta
in ipſius ordinis eluſionem/ diuine maieſtatis offenſam/ ac ꝑ-
niciosum exemplum ⁊ ſcandalū plurimorū. Hinc eſt ꝙ nos at-
tendentes ꝑmiſſa adeo eſſe notoria ꝙ nulla poſſunt tergiuer-
ſatione celari/ qđꝗ ſi ſuꝑ eiſdem non ꝓuideatur/ monaſteria ⁊
loca ipſa penitus deſolata manebunt/ ac illa/ necnō ordo ipſe
irreperabilia patiētur damna/ ac cupientes ꝓut noſtro incum-
bit officio ꝑmiſſis ac ſcandalis que ꝓpterea exoriri poſſunt cō-
gruentibus remedijs obuiare/ ac indēnitatibus ordinis/ mo-
naſteriorū/ locorū/ monachorū/ miniſtrorum/ ⁊ perſonarū co-
rundē quantū cū deo poſſumus oportune ꝓuidere/ Motu pro-
prio/ nō ad aliquorū inſtantiā/ ſed de noſtra mera liberalitate
⁊ ex certa ſcientia omnes ⁊ ſingulas perſonas/ ſeculares ⁊ quo-
rumcūꝗ ordinū regulares/ pſentes ⁊ futuras/ cuiuſcūꝗ digni-
tat/ ſtat⁹/ gradus/ ordinis nobilitatis/ excellētie/ ꝑeminētie/ ⁊
conditionis fuerint/ que monaſteria ⁊ loca eiuſdem ordinis/
ſeu eorū aliquod in cōmendam obtinent in pſentiarū ⁊ forſan
obtinebunt in poſterū vbiꝗ locorum/ etiam in Romana curia
cōmorantes/ etiam ſi Archiepiſcopali/ Epiſcopali/ vel aliqua
alia eccleſiaſtica vel mundana dignitate fungātur/ aut noſtri
⁊ ſedis pdicte/ ſeu pdeceſſorū aut ſucceſſorū noſtrorū Romanō
pontificum notarij/ ſubdiaconi/ accoliti/ capellani/ cubicularij
ſeu alias officiales/ vel familiares/ aut fructuum/ redditium/
⁊ ꝓuentuum camere apoſtolice debitoꝝ collectores/ ſubcollec-
toreſve exiſtant/ ⁊ quocunꝗ exemptionis priuilegio/ etiā rati-

one perſonarū ⁊ beneficiorum ſuorum ſi gaudeant ⁊ muniantur
eorūq̃ in ipſis monaſterijs/⁊ locis/vicarios/officiarios/ ſecu-
lares/⁊ regulares/monachos/receptores/ſeruitores/ ⁊ icono-
mos/ac eorum quẽlibet/illorum ⁊ cuiuſlibet ipſorū nomina et
cognomina/ac qualitates p̄ſentibus pro expreſſis habentes/
auctoritate apoſtolica tenore p̄ſentium monemus/primo/ſecū-
do/tertio/⁊ peremptorie cõmuniter ac diuiſim/ ac eis ⁊ eorum
cuilibet in virtute ſancte obedientie ac ſub penis/ ſententijs et
cenſuris infraſcriptis quas ferimus in his ſcriptis/ ⁊ quas ac
earū quālibet contra faciẽtes eorūq̃ complices/fautores/ ⁊ ad-
herentes ac eorū quẽlibet eo ipſo incurrere volumus/ diſtricte
p̄cipiendo mandantes/ motu ⁊ ſcientia ſimilibus/ quatenus
omniū appellatione ſublata ⁊ remota/infra terminū eiſdem p-
ſonis ſeu cõmendatarijs vt prefertur monaſteria ⁊ loca huiuſ-
modi in cõmendam ꝓ tempore obtinentibus per patrẽ abba-
tem cuiuſlibet ipſorum monaſteriorū ⁊ locorum/ſeu illius aut
capituli generalis dicti ordinis ad hoc cõmiſſarium ſuper pre-
miſſis ⁊ infraſcriptis/ac eorū quolibet qualitate negocij ꝓ tem-
pore occurrentis penſata/ſtatuendū ⁊ prefigendum/ ⁊ quẽ ex-
nunc ꝓut extunc/⁊ econuerſo/eiſdem ⁊ earū cuilibet pro tertio
⁊ peremptorio termino ac monitione canonica ſtatuimus/pre-
figimus/⁊ aſſignamus/in monaſterijs ⁊ locis huiuſmodi pro
tempore cõmendatis/numerū monachorum per patrẽ abbatem
aut cõmiſſariū prefatos/facultatibus ipſorū monaſteriorū et
locorū etiā penſatis/inſtituendū/taxandum ⁊ moderandū ha-
beant/ſuſtineant/foueant/ ⁊ cõſeruent/necnõ monachis/noui-
cijs/miniſtris/⁊ alijs ipſorum monaſteriorū ⁊ locorū perſonis
ſufficienter ⁊ honeſte de victu ⁊ veſtitu in dormitorio/ refecto-
rio ⁊ vbiq̃ ſcḋm laudabilem ipſius ordinis cõſuetudinem ⁊ ꝓ-
ut fit ⁊ fieri cõſueuit in alijs monaſterijs dicti ordinis nõ cõmẽ-
datis/dictū numerū monachorum/miniſtrorum/nouiciorum p̄dictorum
vt p̄fertur moderandū/inſtituendū/⁊ taxandū/directe vel indi-
recte nullo vnq̃ tẽpore quouis q̃ſito colore minuẽdo ꝓuideãt/
ac ſolliciate ⁊ debite in eiſdẽ monaſterijs ⁊ locis vt p̄fert cõmen-
datis diuinū officiū tam in horis canonicis q̃ beate Marie et

defunctoꝝ moroſe/deuote/⁊ integre eiuſdem ordinis cerimo-
nijs ſeruatio cōpetētibus ⁊ debitis horis pſoluere/miſſas eiuſ
dem ordinis ⁊ fundatas/necnō anniuerſaria ac quecūqꝫ ordi-
nata ſuffragia recitare ⁊ dicere/ac ſcd̄m arbitriū ⁊ iudicium pa
triſabbatis/ſeu cōmiſſarij predictorū/edificia tam in monaſte
rijs ⁊ locis ſic vt prefertur cōmēdatis qꝫ extra neceſſaria cōſtru
ere/edificata/conſtructa/⁊ ruinoſa quatenus indigebūt repa-
rare/reſtaurare/ac in coopertura ⁊ alijs neceſſarijs omnibus ⁊
ſingulis in bono ⁊ cōdecenti ſtatu manu tenere/ iura/ liberta-
tes/poſſeſſiōes/cenſus/fructus/redditus/ꝓuentus/clenodia/
calices/cruces/reliquiaria/pōtificalia/iocalia/veſtes ſacras/or
namēta eccl̄iaſtica/ libros/cartas/vaſa argētea/⁊ cuiuſuis alte
rius metalli/ſuplectilia/⁊ q̄cūqꝫ alia bona mobilia ⁊ īmobilia ad
monaſteria ſeu loca hmōi cōmēdata/ſeu aliqd ipſoꝝ ſpectātia
⁊ ꝑtinencia alienata/vel diſtracta/ ſeu tranſportata/ ad ius et
ꝓprietatē ipſorum monaſterioꝝ ⁊ locorū reducere ⁊ reponere/
ac oīa illa ⁊ ſingula alia contra omnē perſonā ſuadente iuſticia
per ſe vel alios cum omni diligentia defendere/tueri/et proſe-
qui faciant/et cum effectu procurent. Necnon patri abbati ſeu
commiſſario prefatis omnia ⁊ ſingula caritatiua ſubſidia/ ⁊ cō
tributiones per generale capitulū eiuſdem ordinis prefato or-
dini aut abbatibus eiuſdē pro tempore imponenda plenarie
et integre ſcd̄m portionē eis iuxta ipſius ordinis inſtitutiones
taxatam vel taxandam exhibeant et perſoluant/eiſqꝫ patri ab
bati et commiſſario in omnibus et per omnia pareant efficaci
ter et obediant/ac omnia et ſingula per patrē abbatem et com
miſſariū prefatos circa premiſſa/aut aliquod eorundē vel alia
eiuſdē ordinis pro qualitate temporis explicanda et ordinād a
negocia/illa omnia et ſingula/ac ſi de verbo ad verbū etiā pre
ſentibus insererētur ꝓ expreſſis habentes et haberi volentes/
realiter et cū effectu faciant et adimplere ꝓcurent/ ꝓut et quē-
admodū predictorū cōmendatorum et alioꝝ eiuſdem ordinis
monaſteriorū abbates hactenus fecerūt ⁊ facere cōſueuerūt et
debuerūt/ac ꝓ tpe exiſtētes facient. Inhibentes nihilominus
eiſdē pſonis ſiue cōmendatarijs ſecularibus ⁊ regularibus mo-

naſteria ⁊ loca hmõi in cõmendã ꝓ tempoꝛe obtinentib⁹ p̃ſentib⁹ ⁊ futuris ſub eiſdẽ ſententijs ⁊ penis/ne bona mobilia aut immobilia hmõi/ſeu aliqua alia ad p̃dicta monaſteria ſeu loca cõmendata hmõi ſpectantia quouiſmodo alienare/ aut de nouo infeudare/ſeu extra manus deputatoꝛũ/ ſeu ꝓ tẽpoꝛe ꝑ cõuentus ipſoꝛũ monaſterioꝛũ deputandoꝛũ manus ponere p̃ſumant. Et ſi qḋ abſit mandatis/monitionib⁹/ ⁊ inhibitionibus hmõi non paruerint/ſeu premiſſa ⁊ infra ſcripta vel aliqḋ eoꝛũ nõ obſeruauerint/ ⁊ inquãtũ eos tangunt ⁊ concernunt/ ſeu tangere ⁊ cõcernere poterũt quomodolibet in futurũ fecerint nõ obſeruari/exnunc ꝓut extunc ⁊ extũc ꝓut ex nunc pſonas ſeu cõmendatarios p̃fatos/eoꝛũ officiatios/ ꝓcuratores/ fautores/adherentes/monachos//receptores/iconomos/vicarios/⁊ adminiſtratores/omneſq alios ⁊ ſingulos in premiſſis culpabiles ⁊ rebelles/ac eoꝛũ quemlibet excõicamus ⁊ anathematizamus/ac p̃dictoꝛũ ⁊ alioꝛũ monaſterioꝛũ ⁊ locoꝝ regimine ⁊ adminiſtratione/necnõ omnib⁹ ⁊ ſingulis alijs eccleſiaſticis ſecularib⁹ ⁊ regularibus beneficijs/canonicatib⁹/p̃bendis/ dignitatib⁹/pſonatibus/adminiſtrationib⁹/⁊ officijs/ cũ cura ⁊ ſine cura/necnõ annuis penſionibus eis ⁊ eoꝝ cuilibet ſuper quoꝛũcũq monaſterioꝛũ/aut locoꝛũ/ſeu menſarũ/vel beneficioꝝ eccleſiaſticoꝛũ fructib⁹/ reddith⁹/ ⁊ ꝓuentibus ꝓ tẽpoꝛe aſſignatis/que in quibuſuis eccleſijs ſiue locis obtinẽt ⁊ ꝑcipiunt reſpectiue/motu ſciẽtia ⁊ auctẽ ſimilibus priuam⁹/ ⁊ ad illa ⁊ quecũq alia ſimilia vel diſſimilia monaſteria/loca/officia/ ⁊ beneficia obtinenda ꝑpetuo inhabilitamus/ipoſq omnes ⁊ ſingulos excõicationis ⁊ anathematis ſentẽtias/ac priuatiõis ⁊ inhabilitationis penas hmõi incurriſſe ⁊ incidiſſe/ necnõ excõicatos/anathematizatos/ac monaſterijs/locis/illoꝛũq regimine ⁊ adminiſtratione/officijs ⁊ beneficijs/ac penſionibus p̃dictis priuatos/⁊ ad illa ac alia impoſteꝝ obtinẽda inhabiles fuiſſe ac eſſe declaramus ⁊ decernimus. Et inſuꝑ volumus ⁊ ꝑpetuo obſeruãde cõſtitutionis edicto auctoꝛitate motu ⁊ ſciẽtia ſimilibus ſtatuimus ⁊ oꝛdinam⁹ ꝙ ſi cõtingat aliquod monaſteriũ eiuſdem oꝛdinis de nouo alicui archiep̃o vel epiſcopo

ſeu cuicũq alteri etiã dignitate p̄dito quauis auctoritate com
mendari ꝑ illius patrẽabbatẽ ſeu ipſius vel eiuſdẽ ordinis cõ-
miſſariũ/p̄ſente ipſi⁹ monaſterij cõmendatario/aut eius legiti
mo ꝓcuratore/de bonis ipſius monaſterij fiat inuentariũ/cu-
ius duplũ vnũ teneat ipſe cõmendatari⁹ ⁊ aliud apud cõuen-
tũ eiuſdẽ monaſterij maneat/ipſeq cõmẽdatarius anteq poſ-
ſeſſionẽ regiminis ⁊ adminiſtrationis bonoꝝ dicti monaſterij
recipiat iuramento ſolẽni bona ipſa fideliter tractare/admini-
ſtrare/cõſeruare/⁊ defendere iuret/⁊ iuramẽtũ ſolẽniter ab ab-
batibus ipſi⁹ ordinis in eoꝝ aſſumptione p̄ſtari ſolitũ/ vide
licet ꝙ bona mobilia aut imobilia dicti monaſterij cõtra ſtatu
ta dicti ordinis non vendet/non alienabit/aut impignorabit/
ſeu de nouo infeudabit/ꝑ ſe vel aliũ quocũq titulo vel colore/
ſub penis ⁊ ſententijs p̄dictis ⁊ infra ſcriptis p̄ſtet. Et inſup ꝙ
monachi/nouicij/cõuerſi/ ⁊ donati cuiuſlibet ipſoꝝ monaſteri
orũ ⁊ locoꝝ eiuſdem ordinis cõmendatoꝝ/ vt p̄fertur/ſemel in
anno patriabbati ſeu cõmiſſarijs p̄dictis de omnib⁹ peccatis
⁊ exceſſibus ꝑ eos ⁊ eorũ quẽlibet ab vltima confeſſione patri-
abbati ſeu cõmiſſario p̄fatio facta/ cõmiſſis ⁊ ꝑpetratis ꝯfiteri
integre/⁊ tunc ſine fraude in ſcriptis omniũ bonorũ apud eos
⁊ in eorũ vſum ꝓ tẽpore exiſtentiũ qualitatẽ ⁊ quantitatẽ da-
re/nouicijq ipſi ordinẽ ipſum ꝓfiteri volẽtes in manibus pa-
triſabbatis ſeu cõmiſſario ipſius profeſſionẽ expreſſe emittere
debeãt ⁊ teneant/ab ipſis patreabbate ſeu ei⁹ cõmiſſario benẽ
dictionẽ in talibus ſcd̄m inſtituta eiuſdẽ ordinis cõcedi ſolitã
humiliter recipiẽdo. Patriabbati vero ⁊ cõmiſſario p̄fatis/ vt
eoſdẽ ꝓ tempore eis cõfitentes de his que eis confeſſi fuerint
niſi talia exiſtant ꝓpter que merito ſedes ap̄lica fuerit cõſulen
dã ſicut monachos ꝓprios abſoluere/⁊ penitentiã ſalutarẽ in
iungere/ac etiã in dictis monaſterijs ſeu locis cõmendatis cõ-
morantiũ/cõfeſſiones audiant/⁊ ſimilẽ vel limitatã poteſtatẽ
abſoluendi habeant ꝑpetuo deputare poſſint/licentiã cõcedi-
mus pariter ⁊ facultatẽ. Preterea dilectis filijs vniuerſis p̄dicto
rum monaſteriorũ ⁊ locorũ ꝓ tẽpore cõmendatoꝝ patribuſab
batibus ꝑ ap̄lica ſcripta motu ſimili mandamus quaten⁹ ipſi

ſeu quilibȝ ipſorū in monaſterijs ⁊ locis p̄dictis eis ſubditis/
ꝑ ſe vel alium ſeu alios p̄ſentes litteras ac omnia ⁊ ſingula in
eis cōtenta vbi quādo ⁊ quotiens expedire viderint ſolenniter
publicantes faciant ſub ſentētijs cenſuris ⁊ penis p̄dictis/vt p̄
fertur ꝑ nos latis/omnia ⁊ ſingula in p̄ſentibus litteris contē-
ta/⁊ eorū quodlibet auctoritate predicta inuiolabiliter adim-
pleri ⁊ obſeruari/necnō omnes ⁊ ſingulos quos eis ſūmarie cō
ſtiterit in premiſſis ⁊ circa ea ſeu aliquod ipſorū culpabiles/ac
excōmunicationis ⁊ alias penas p̄dictas incurriſſe excōmuni-
catos ⁊ anathematizatos/ac beneficijs/monaſterijs/ officijs/
⁊ penſionibus p̄dictis priuatos/⁊ ad illa ac alia imposterū ob-
tinenda inhabiles/publice ⁊ etiā ſpecifice ⁊ nominatim denū-
cient/⁊ faciant ab alijs nūciari/ac ab omnibꝰ chriſtifidelibꝰ arc
tius euitari donec mandatis ⁊ monitionibus/ ac alijs p̄miſſis
ꝑ patrē abbatē ſeu cōmiſſariū prefatos ordinandis plenarie et
integre paruerint/ac ab eiſdem ſentētijs ⁊ penis abſolutionis
beneficiū meruerint obtinere. Contradictores in p̄miſſis quoſ
libet ⁊ rebelles cuiuſcūq; dignitatis/ ſtatus/ gradus/ ordinis/
dignitatis/preeminētie/nobilitatis/excellentie/aut cōditionis
vt p̄fertur fuerint ꝑ excōicationis/ſuſpeñ/⁊ interdicti/ ac p̄dic-
tas/necnō alias etiā formidabiliores de quibꝰ eis videbit̄ ſen
tentias/cenſuras/⁊ penas eadē auctoritate/ appellatione etiā
poſtpoſita cōpeſcendo/⁊ etiā legitimis ſuꝑ his ꝑ eos habēdis
ſeruatis ꝓceſſibus omnes ⁊ ſingulos predictos ſic excōicatos/
necnō ſentētias huiuſmodi quotiēs opus fuerit dicta auctori-
tate aggrauare ⁊ reaggrauare ꝓcurent/ac omnia ⁊ ſingula alia
faciant ⁊ exequantur ſūmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura
iudicij/nullis terminis ſubſtantialibꝰ obſeruatis/que eis ⁊ eo-
rum cuilibet circa p̄miſſa vel aliquod ipſorū videbūtur exequē
da ⁊ facienda. Non obſtantibus tā felicis recordationis Bo-
nifatij. viij. que incipit. Statutū/q̃ Clementis v. Romañ pō
tificū predeceſſorū noſtrorū/ac in concilio generali de duabus
dictis edita/alijſq; cōſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtoli
licis/ſtatutis quoq; ⁊ conſuetudinibus monaſteriorū locorum

⁊ ordinis huiuſmodi/cõfirmatione apoſtolica vel quauis fir-
mitate alia roboratio cõtrarijs quibuſcũqꝫ/aut ſi eiſdem ꝑſo-
nis ſeu cõmendatarijs ꝑdictis eorũqꝫ officiarijs/vel quibuſuis
alijs cõmuniter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum/aut in-
dulgeri cõtingat ꝙ interdici ſuſpẽ/vel excõicari/aut beneficijs
ſuis priuari/ſeu extra vel vltra certa loca ad iudiciũ euocari nõ
poſſint ꝑ litteras apoſtolicas nõ facieñ plenã ⁊ expreſſam ac de
verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionẽ/⁊ quibuſuis
alijs priuilegijs/indulgentijs/exemptionib⁹/indultis/cõceſſi-
onibus/⁊ litteris apoſtolicis generalib⁹ vel ſpecialibus eiſdẽ
ꝑſonis ſeu cõmendatarijs aut eorũ officiarijs/ꝓcuratoribus/
receptorib⁹/monachis/⁊ iconimis in genere vel in ſpecie quo-
uiſmodo cõceſſis ⁊ cõcedendis quorũcunqꝫ tenorũ exiſtant/ꝑ
que p̄ſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus
preſentiũ aut iuriſdictio patrũ abbatũ predictorũ impediri vel
alias quomodolibet differri poſſit/⁊ que illis ſpecialiter ⁊ ex-
preſſe derogando quo ad hec nolumus aliquibus ſuffragari.
Nos enim eiſdem patribus abbatibus prefatis ⁊ eorum cuili-
bet ac commiſſario predictis/prefatas perſonas/⁊ monaſteria
⁊ loca huiuſmodi in commendã pro tempore obtinentes/eo-
rumqꝫ vicarios/procuratores/receptores/ac alios officiarios
predictos/⁊ eorum quemlibet/qui prefatas noſtras ſententi-
as aut earum aliquã incurrerint ſiue incurrerit quoquomodo/
poſtqꝫ deuote ⁊ humiliter mandatis ⁊ monitiõibus huiuſmo-
di paruerint ſeu paruerit ſi hoc humiliter petierint/ab eiſdem
ſententijs iniunctis eis pro modo culpe penitentijs ſalutari-
bus/⁊ alijs que de iure fuerint iniungenda/auctoritate predi-
cta per ſe vel alium ſeu alios abſoluendi/ac ad beneficia tunc
obtenta ⁊ obtinenda rehabitandi ⁊ reſtituendi/necnon ſecum
ſuper irregularitate ſi quam miſſas et alia diuina officia cele-
brando/uel illis ſe immiſcendo contraxerint diſpenſandi/om-
nemqꝫ inhabilitatis ⁊ infamie maculam ſiue notã per eos ſeu
alterum ipſorum premiſſorũ occaſione quomodolibet cõtrac-
tã penitus abolendi eiuſdẽ auctoritate ⁊ tenore ꝓedim⁹ facul
tatẽ. Et inſuꝑ qr difficile foret p̄ſentes lr̃as ap̃licas ad q̄cunqꝫ

loca in quib⁹ ille forent neceſſarie transferri/ volumus ꝛ aucto-
ritate p̄dicta decernim⁹ ꝙ earū transumptis manu alicui⁹ no-
tarij publici ſubſcriptio/ ꝛ ſigillo alicui⁹ archiepi/ epi/ aut alte-
rius p̄lati munitio/ ꝓ ſuo in iudicio ꝛ extra fides plenaria ad-
hibeatur/ ꝛ illis ſtetur in oibus ꝛ ꝑ omnia ſicuti originalib⁹ lit-
teris adhiberetur ꝛ ſtaretur/ ſi forent exhibite vel oſtenſe/ qđq̄
eedē p̄ſentes littere ac transumpta vt p̄fertur de eiſdem facien
da/ necnō monitiones/ intimationes/ publicationes/ ꝛ executi
ones ꝑ patres abbates ſeu cōmiſſariū prefatos/ ꝛ eorū quēlibet
ſuꝑ p̄miſſis ſeu eorundē ꝓ tēpore facte/ valuis ſeu portis mo-
naſteriorū quorū occaſione illas fieri cōtigerit affigant̄/ ꝛ eaſ-
dē ꝑſonas ſiue cōmendatarios ac alios omnes ꝛ ſingulos p̄di
ctos extunc ꝛ poſtea ꝑinde ligent ꝛ arctent omni appellatione
vt p̄fertur remota/ ac ſi eiſdē ꝛ eoꝝ cuilibet ꝑſonaliter intima-
te ꝛ lecte fuiſſent. Et ſi aliqđ monaſteriū eiuſdē ordinis patris
abbatis alicui ꝑſone etiā archiep̄ali vel ep̄ali/ aut quauis aliq̄
alia dignitate p̄dite quouiſmodo ꝛ quauis auctoritate ſit for-
ſan cōmendatū vel imposterū cōmendari cōtingat/ qđ eidem
ꝑſone ſeu cōmendatario nulla in p̄miſſis ſeu aliquo p̄miſſorū
ſit attributa facultas/ ſeu poteſtas/ vel iuriſdictio/ ſeu executio
ſed ille extunc ꝓut exnunc ꝛ ecōtra/ ad immediatū ipſi⁹ mona-
ſterij patrē abbatem deuolute ſint ꝛ eſſe cenſeant̄. Ceterum ex
nunc irritū decernim⁹ ꝛ inane ſi ſecus ſuꝑ his ſeu aliquo ipſoꝝ
a quoquā quauis auctoritate ſciēter vel ignoranter contigerit
attemptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nro-
rum monitionis/ mandati/ ſtatuti/ p̄fixionis/ aſſignationis/ in
hibitionis/ excōicationis/ anathematizatiōis/ ꝑuationis/ in-
habilitationis/ declarationis/ cōſtitutiōis/ volūtatis/ ordina-
tionis/ cōceſſionis/ derogatiōis/ ꝛ decreti infringere/ vel ei au-
ſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attemptare preſump
ſerit/ indignationē omnipotentis dei/ ac beatorum Petri et
Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Rome
apud ſanctū Petrum/ Anno incarnationis dominice Milleſi
ſimo quadringētesimo ſeptuageſimoquinto. iiij. Idus Mar-
tij. Pontificat⁹ noſtri Anno quinto.

Premiſſum priuilegium in forma cōfirmat dn̄s Innocētius papa. viij. per bullā ſuam/que incipit Ex apoſtolice ſedis/ cum bonis additionibus ſuper ſolutione ſubſidioꝝ ⁊ contributionū per cōmendatarios. ⁊c.

Eiuſdem. Q̄ monaſteria cōmendata ⁊ cōmendanda poſt mortem cōmmendatariorum plene ⁊ libere ⁊ integraliter redeunt ad omnimodā ordinis diſpoſitionem et prouiſionē. Et ꝙ nulli pficiantur in abbates niſi per patres abbates/ſeu commiſſarios ⁊ conuētus iuxta antiquū ordinis modum/ ⁊ ꝙ promoti ſint de ordine. Itē penſiones extinguntur poſt mortē eorum qui eas leuant/ nec in alios transferuntur Caſſantur inſuper gratie/ expectatiue/ reſeruationes/mandata/cōmende/nominationes/collationes/vniones/annexiones incorporationes/ſuppreſſiones/cōceſſio/ prouiſio /diſpoſitiones/ aſſignationes/et proceſſus inde ſequēn. Uide textum ſtudioſe: quia difficile eſſet clauſulas omnes ſufficienter in ſummario declarare. Cum clauſula / quod vidimus fides adhibeatur. ⁊c.

Sixtus Eps ſeruus ſeruorum dei.
Ad perpetuā rei memoriā.
Romanus pontifex/dei in terris vicari⁹ ad
ſingula que monaſteriorū ⁊ locorum eccleſi
aſticorū quorūlibet/ſtatū proſperū reſpice-
re noſcunt/ ꝓut ex ſuſcepte ſeruitutis aſtrin
gimur officio aplicos cogitatus diffundit/
vt aplice ꝓuiſionis ope monaſteria ⁊ loca ꝑdicta ſucceſſus re-
cipiant iugiter ſalutares/⁊ eorū indēnitatibus ſuccurrat opor-
tune. Cum itaqꝫ ſicut accepimus monaſteria Ciſtercieñ ordi-
nis que nōnulle ꝑſone eccleſiaſtice ex cōceſſione ⁊ diſpenſatio-
ne ſedis aplice in cōmendā obtinent/⁊ in quibus antea regula
ris obſeruātia vigebat/ſuꝑ quorūcunqꝫ aut aliquorū ipſorum
ac nōnullorū aliorū eiuſdem ordinis monaſteriorū fructibus/
redditibus/⁊ ꝓuentib⁹/ nōnulle etiā perſone eccleſiaſtice pen-
ſiones etiam exceſſiuas/eis aſſignatas percipiunt annuatim/
adeo ꝓpterea grauantur/ac in ſpiritualibus ⁊ tēporalibus de-
trimenta ſuſtineant/vt niſi eis celeriter ſuccurratur/ in deſola-
tionē perpetuā ⁊ ruinā deuenient. Uerum ſi vt prefert cōmen-
data ⁊ alia eiuſdem ordinis monaſteria ꝑ monachos dicti ordi
nis regerētur ⁊ gubernarētur/ac eiſdem ipſi monachi canonice
ſcdm ipſi⁹ ordinis inſtituta regularia ⁊ indulta apoſtolica elec
ti ꝑficerentur/penſioneſqꝫ hmōi cedentibus vel decedentibus
illis qui ipſas ꝑcipiūt extinguerētur/⁊ de nouo ſuꝑ eiſdem fru-
ctibus/redditibus/⁊ ꝓuentib⁹ nō aſſignarētur/monaſteria ip
ſa quorū aliqua ruinā minant in ſuis ſtructuris/⁊ edificijs re-
parari/reſtaurari/⁊ manuteneri poſſent/⁊ nō modicū eis ꝓpte
rea ꝓueniret incrementū. Horū igit cōſideratione inducti ⁊ vt
monaſteria ipſa ꝑ idoneos ⁊ circūſpectos ac vtiles viros quo-
rū cōmendabili regimine ⁊ ſalubri ꝓuiſione ad laudē dei ⁊ glo
riā/necnō religionis ꝓpagationē ꝑcelſius extolli ⁊ vtilius diri
gi valeāt ſalubriter gubernētur/ac indēnitatib⁹ ordinis ⁊ mo-
naſterioꝝ huiuſmodi oportune cōſulat motu ꝓprio nō ad ali-
cuius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiā/ſed premiſ-
ſis ⁊ alijs pijs ⁊ rationabilib⁹ ſuadentibus cauſis/ꝑſentis per-

petuo valiture ⁊ irrefragabiliter cõſtitutionis obſeruãde edic-
to de nr̃a mera liberalitate auctoritate ap̃lica ⁊ ex certa ſciẽtia
volumus/ſtatuimus/cõcedimus/decernimus/declaramus/et
ordinamus q̄ monaſteria vt p̄fertur cõmendata/ ⁊ in poſterũ
forſan cõmendanda/ceſſantibus ipſis cõmendis/ p̄tereã p ceſ-
ſionẽ cõmendarũ hmõi in manib⁹ noſtris aut ſucceſſorum no-
ſtrorũ Roman̄ pontificũ forſan faciendam/etiam p ceſſum vel
deceſſum/ſeu aliã q̄uis dimiſſionẽ quouiſmodo/ p̄tereã apud
ſedem apoſtolicã vacañ ⁊ inantea vacatura/etiã ſi illorum vel
alterius ipſorũ diſpoſitio ſpecialiter/ vel ex quauis cauſa/ etiã
ex qualitatib⁹ ipſorũ monaſteriorũ vel pſonarũ illa p tempo-
re obtinentiũ generaliter reſeruata/ ⁊ cuiuſcũq̄ taxe ſeu annui
valoris illorũ fructus/redditus ⁊ pūentus exiſtant/ac puiſio-
nes ipſorũ conſiſtorialiter fieri debeant/plene/libere/ ⁊ integre
redeant ⁊ veniant/ac venire ⁊ redire debeant ad man⁹/ necnõ
electionẽ/prouiſionẽ/ ⁊ q̄uis aliã diſpoſitionẽ ordinis/ necnõ
dilectorum filiorũ patrum abbatũ ⁊ conuentuũ eorundẽ mo-
naſteriorũ/q̄d q̄ extunc inantea pp̄etuis futuris tẽporib⁹ nul-
li apoſtolica vel alia quauis auctoritate p̄fatis aut alijs eiuſdẽ
ordinis monaſterijs vt p̄fertur/vacãtibus vel vacaturis in ab
bates p̄ficiant̄ niſi p eoſdẽ pfeſabbates ⁊ ꝯuẽtus ipſorũ mona
ſterioꝝ aut ipſi⁹ ordinis cõmiſſarios legitimos/vel ſaniorẽ aut
maiorẽ ipſorũ cõuentuũ partẽ/in abbates illorũ rite ⁊ canoni-
ce fuerint electi/vel poſtulati/ ſeu p dictos patreſabbates aut
cõmiſſarios prefatos ſcd̃m ordinis ſtatuta promoti/ ſed q̄ libe
ra ⁊ omnimoda abſq̄ aliquo cuiuſuis impedimenti obſtaculo
abbatũ dictorũ monaſteriorũ electio ſeu poſtulatio/ ⁊ oĩmoda
alia diſpoſitio ad patreſabbates ⁊ cõmiſſarios/necnõ cõuent⁹
p̄fatos ſpectet ⁊ ptineat/ac dictis monaſterijs p ceſſũ vel deceſ
ſũ/aut quãuis aliã dimiſſionẽ vt p̄fert̄/ ſeu alias quouiſmodo
⁊ ex quauis cauſa abbatũ regiminibus deſtitutis liceat dictis
patribuſabbatibus cõmiſſarijs ⁊ cõuentib⁹ quaſcũq̄ idoneas
pſonas eiuſdẽ ordinis in eoꝝ ⁊ dictorũ monaſterioꝝ abbates
libere ⁊ ſine difficultate aliqua canonice eligere/ſeu etiã poſtu-
lare/ac etiam pmouere vt dictũ eſt/ necnõ patreſabbates aut

cõmiſſarij p̄fati electiones hmõ poſtulationes et ꝓmotiones
cõfirmare in omnib⁹ ⁊ ꝑ omnia ꝓm antiquã formã in eodem
ordine obſeruatã/ q̄dq̃ electiones/ ꝓmotiones/ ⁊ cõfirmatões
huiõi ꝑ patres abbates/ aut cõmiſſarios/ necnõ cõuentus p̄fa-
tos ꝓ tẽpore facte valeãt/ plenãq̃ roboris firmitatẽ obtineãt/
ac eiſdẽ electis/ poſtulatis/ ⁊ ꝓmotis ſuffragentur in omnib⁹/
etiã ⁊ per omnia ac ſi reſeruatões aplice deſuꝑ nõ emanarent.
Et nihilominꝰ q̃ omnes ⁊ ſingle penſiones ſuꝑ quorumcũq̃
monaſteriorũ ſeu locorũ dicti ordinis fructibus/ redditib⁹/ ⁊ ꝓ-
uentib⁹ quibuſuis ꝑſonis eccleſiaſticis ſecularib⁹ vel regulari-
bus aſſignate vel forſan aſſignãde/ ꝑ ceſſum vel deceſſum illo-
rum qui ipſas percipiunt/ ceſſent penitus ⁊ expirẽt/ ac caſſe et
nulle/ penituſq̃ ⁊ integre extincte ſint/ ⁊ eſſe cenſeant̃/ nec ꝑ no
ſtras aut alicuiꝰ ſucceſſorũ noſtrorum Romanõ pontificũ/ vel eiuſ
dẽ ſedis litteras/ aut aliquo alio titulo/ etiã motu ⁊ ſcientia ſi-
milibus in aliã vel alias ꝑſonã ſeu ꝑſonas transferri/ aut ſuper
eiſdem fructib⁹/ redditibus ⁊ ꝓuentibus nulla alia ſubſiſtente
cauſa de nouo ſimiles vel alie ꝑſſiones aliquib⁹ in ipſis mona
ſterijs ſiue locis ius aliud non hñtib⁹ aſſignari poſſint aut
debeant/ ſed ꝑſone ipſe que tales penſiones alias ſoluere ha-
berent ab illarũ ſolutione ⁊ p̄ſtatione ex tunc penitus ⁊ oĩno li
bere ſint ⁊ abſolute/ ac ad illarũ ſolutionẽ vel preſtationẽ. Pa-
tres abbates vero ⁊ cõuentus p̄fati ad receptionẽ aliquorũ aut
obedientie ⁊ reuerẽtie p̄ſtationem aliquib⁹ alijs q̃ electis/ po-
ſtulatis/ ⁊ ꝓmotis ꝑ eos cuiuſciq̃ dignitatis/ ſtatus/ gradus/
ordinis vel cõditionis exiſtant/ quos forſan ꝓ tẽpore eiſdẽ mo
naſterijs cõtra litterarũ hmõi tenorẽ alias q̃ per electionẽ/ po
ſtulationẽ/ vel vt dictũ eſt ꝓmotionẽ preffici contigerit/ aut eis
monaſteria ⁊ loca ipſa cõmendari nullatenus teneant̃/ nec ad
id obligati vel aſtricti ſint/ aut obligari/ vl' aſtringi/ ſeu ad hoc cõ
pelli/ aut interdici/ ſuſpendi/ vel excõicari poſſint. Decernẽtes
etiã ⁊ eadẽ auctoritate declarantes exnunc ꝓut extunc ⁊ extũc
ꝓut exnunc monaſteria ipſa ⁊ loca ſub quibuſuis gratijs expe
ctatiuis/ vel alijs de p̄mo vacaturis beneficijs/ ſeu monaſterijs
aut ſpecialib⁹ vel generalib⁹ reſeruationib⁹/ ⁊ de ſic vacaturis

cum vacabant cōferendi ſeu cōmendandi mādatis ⁊ nomina-
tionibus/ſeu nominādi ⁊ cōferendi vel cōmendandi beneficia
etiā monaſteria ⁊ loca quibuſcūq; principalib⁹/ facultatibus/
vnionib⁹/annexionib⁹/incorporatiōib⁹/ſuppreſſionib⁹/alijſq;
cōceſſionib⁹/ſeu gratijs p nos aut ſedem p̄dictā vel ſucceſſo-
res noſtros hmōi etiā motu ⁊ ſciētia ſimilib⁹/ ⁊ ſub quibuſuis
formis ⁊ expreſſionib⁹ verborū etiā cū phibitorijs et decreto-
rum irritantiū ac derogatoriarū derogatorijs et alijs quibuſ-
uis clauſulis/etiā talibus p quas hmōi monaſteria et loca no-
minatim ſpecifice et expreſſe ſub illis cōprehendi viderent̄ con
cedendis nullatenus cōprehendi/nec ad illa ſe extendi/ neq; il
larum vigore per quoſcūq; expectantes/ aut ſpeciales vel gene
rales reſeruationes habentes vel habituros acceptari/aut ali-
quibus quacūq; etiam p̄fulgeant dignitate/ ac monaſteria et
loca ipſa qualitercūq;/vt p̄fertur/vacauerint cōmitti/vel com-
mendari/ſeu in cōmendā vel alias in titulū vel adminiſtratio
nē cōcedi poſſe. Adijciētes ⁊ auctoritate p̄dicta etiā decernen-
tes oēs ⁊ ſingulas expectatiuas/ noīationes/ſpeciales et gene
rales reſeruatiōes/necnō vniones/annexiones/ et incorporati
ones factas ⁊ faciēdas nōdū effectū ſortitas/ puiſiones vero
⁊ cōmendas/ac alias diſpoſitiones/tranſlatiōes/et aſſignatio
nes de dictis monaſterijs et penſionib⁹ reſpectiue per nos aut
ſedem predictā/vel ſucceſſores noſtros aut noſtraꝝ/vel ſedis/
aut ſucceſſorū predictorū litteraꝝ vigore aliquibus perſonis
deinceps faciendas ⁊ cōcedendas/necnō proceſſus p tempo-
re deſup habitos/ac illarū vigore ſententias/ cenſuras/ et pe-
nas in illis contētas/ſeu in patres abbates aut cōmiſſarios et
cōuentus p̄fatos/aut alias ipſorū monaſterioꝝ pſonas ob nō
receptionē aliquorū/aut obedientie et reuerētie p̄ſtationē de-
inceps/necnō reſeruandarū penſionū hmōi nō ſolutionē ful-
minandas ſeu pmulgandas. Etiā ſi in illis de p̄ſentibus/nec-
nō electionibus/poſtulationib⁹/ ⁊ puiſionibus de dictis mo-
naſterijs p patres abbates ⁊ cōmiſſarios/necnō cōuentus p̄fa-
tos faciēdis/ceſſationeq; ⁊ expiratione hmōi penſionū totoq;
tenore p̄ſentiū ſpālis ſpecifica ⁊ expreſſa/ nō aūt p generales/

aut idē importantes clauſulas mentio fiat/nullos ⁊ inualidos ac nullas ⁊ inualidas nulliusq₃ roboris vel momenti eſſe proceſſusq₃ ⁊ ſententias huiuſmodi nō tenere/nec quēq₃ ligare poſſe vel debere/neq₃ ꝑ eaſdē reſeruationes/expectatiuas/nominationes/ac vniones/effectum nō ſortitas vt prefertur ꝑ nos aut ſedem predictā/ſeu ſucceſſores noſtros huiuſmodi/aut noſtrarū/ſeu ſedis vel ſucceſſorū predictoꝝ litterarū etiam motu ⁊ ſcientia ſimilibus factas vt ꝑfertur ⁊ cōceſſas/ aut faciendas ⁊ cōcedendas preſentibus noſtris litteris/ aut electionibꝰ/poſtulationibꝰ/⁊ ꝓmotionibꝰ per patres abbates ⁊ cōmiſſarios/ necnō cōuentus prefatos faciendis/etiā ſi illis ſpecialiter ⁊ expreſſe/ac motu ⁊ ſcientia ſimilibus/etiam de plenitudine poteſtatis derogaretur/aut derogari videretur/nullatenus derogari valeat/nec ſit/neq₃ cenſeatur eſſe in aliquo quouiſmodo derogatum. Et nihilominus vniuerſis archiepis/⁊ epis/ac quorūcunq₃ aliorū ordinum abbatibus/ceteriſq₃ perſonis eccleſiaſticis in dignitate eccleſiaſtica ꝓ tēpore conſtitutis quorū nomina ⁊ titulos ſiue beneficia ꝑſentibus etiā haberi volumus pro expreſſis motu ſimili ꝑ apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi vel duo aut vnus eorū per ſe vel aliū ſeu alios ꝑfatis patribus abbatibꝰ/cōmiſſarijs/conuentibꝰ/⁊ alijs perſonis eorundē in ꝑmiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes faciant eos pacifica poſſeſſione vel quaſi cōceſſionis/ſtatuti/ordinationis/decreti/ac iuris eligendi/ſeu poſtulandi/ac ꝓmouendi huiuſmodi gaudere/nō permittētes eos ꝑ quoſcūq₃ ad recipiendū aliquos vel preſtandum obedientiam et reuerentiā aliquibus alijs q̄ vt prefertur per eos electis/poſtulatis/ ſeu promotis/aut ad ſoluendū penſiones huiuſmodi contra cōceſſionis noſtre hmōi ⁊ preſentiū tenorem quauis auctoritate compelli/ſeu alias quomodolibet moleſtari. Cōtradictores in premiſſis quoſlibet ⁊ rebelles cuiuſcūq₃ dignitatis/ſtatꝰ/gradus/ordinis/ꝑeminentie/nobilitatis/excellentie/aut cōditionis fuerint/⁊ quocūq₃ exemptionis priuilegio ſint muniti/ꝑ excōmunicationis/ſuſpenſionis/et interdicti/ac alias etiā formidabiliores de quibus eis videbitur ſententias/cenſuras ⁊ penas ap

pellatione poſtpoſita cōpeſcendo. Et etiã legitimis ſup his p eos ſeruandis pceſſibus/ſentētias ipſas quotiens expediens aggrauare et reaggrauare pcurent inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Et inſuper vniuerſos & ſingulos cariſſimos in chriſto filios Reges/ necnon dilectos filios duces/principes/comites/barones/proceres/ nobiles/ cōmunitates/vniuerſitates/omnesq; alios & ſingulos iuriſdictionem temporalē/aut etiam ſpiritualem pro tempore habentes pſentes & futuros in quorū dominio & ditione monaſteria ipſa & loco fuerint in domino requirimus & attente hortamur quaten⁹ monaſteria/patres abbates/cōmiſſarios/et cōuentus/ necnon electos poſtulatos/ & promotos prefatos/ob prefate ſedis reuerentiam pro deſiderio et affectu ita cōmiſſa ſuſcipiant/ eiſq; efficaciter in premiſſis aſſiſtant q; monaſteria ipſa & loca pſentium effectum debite ſortiantur/ac in ſtatu pſpero feliciq; ſucceſſu valeant ſalubriter conſeruari. Nō obſtañ pmiſſis ac alijs quibuſcūq; ſpecialibus & generalibus reſeruationibus expectatiuis/nominationibus/& vnionib⁹ effectum non ſortitis/ ac conceſſionib⁹ et regulis/necnō felicis recordationis Bonifatij pape. viij. que incipit/Statutū/ac in cōcilio generali edita de duabus dietis/alijſq; cōſtitutionibus & ordinationib⁹ apoſtolicis quibuſcūq; ex quacūq; cauſa pceſſerint aut edite fuerint vel conceſſe/aut pcedent ſeu concedētur in futurū/illarū omnium tenores ac ſi de verbo ad verbū pſentibus infererētur pro ſufficienter expreſſis haberi volumus/& quibus earumq; effectui/vi/robori/& executioni quatenus preſentib⁹ & earum effectui aut ipſis ordini/patribus abbatibus/ cōmiſſarijs/ cōuentibus/electis/poſtulatis/& pmotis/ac alijs pſonis dictorū monaſteriorū ſeu locorum aduerſarentur piudicarent/nocerent et obuiarent/ſeu preiudicare/nocere/aduerſari & obuiare poſſent quomodolibet in futurū/motu & ſcientia ſimilib⁹ ſpecialiter et expreſſe derogam⁹/necnon monaſteriorū & ordinis predictorū iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis /ſtatutis & cōſuetudinib⁹/ceteriſq; cōtrarijs quibuſcunq;/aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede prefata

ſit indultū ꝙ interdici/ſuſpendi/vel excōicari/aut extra vel vl-
tra certa loca ad iudiciū euocari nō poſſint per litteras apoſto
licas nō facientes plenā ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbū de
indulto huiuſmodi mentionē/⁊ qualibet alia dicte ſedis indul
gentia generali vel ſpeciali cuiuſcūqꝫ tenoris exiſtat/per quam
p̄ſentibus nō expreſſam vel totaliter nō inſertam effectus eoꝝ
impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de qua cuiuſqꝫ
toto tenore habēda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Uo
lumus autē ꝙ pro tēpore in abbates ipſorū monaſterioꝝ ⁊ mē
broꝝ ꝑ patres abbates/cōmiſſarios/⁊ conuentus p̄fatos electi
ſeu poſtulati ac ꝓmoti infra quattuor menſes a die electionis
ſeu poſtulationis cōputandos ad ſedem apoſtolicā pro cōfir-
mationibus electionū poſtulationū ſeu promotionū ſuaꝝ/vel
nouis ꝓuiſionibus ipſorū monaſteriorū ⁊ membrorū/necnon
ſcd̄m taxam ab antiquo ipſis monaſterijs ⁊ membris impoſi-
tam annatarū ſeu mediorū fructuū primi anni huiuſmodi mo
naſterioꝝ membrorū ⁊ aliorū iuriū camere apoſtolice debitoꝝ
ſolutione eidē camere facienda/venire aut mittere debeāt ⁊ te
neantur. Alioquin electio/poſtulatio/ſeu ꝯfirmatio/ꝓmotio/
vel ꝓuiſio nulliꝰ ſint roboris vel momēti/liceatqꝫ nobis ⁊ ſuc-
ceſſoribꝰ noſtris Romanis pontificibꝰ extunc de quibuſuis pſo-
nis idoneis eiſqꝫ monaſterijs ſiue membris ꝓuidere/ipſaſqꝫ il
lis in abbates p̄ficere ſeu monaſteria ⁊ mēbra ipa eiſdē pſonis
cōmendare. Et inſuꝑ extūc irritū decernimꝰ ⁊ inane quicqd ſe
cus ſuꝑ p̄miſſis a quoquā quauis auc̄te ſcienter vel ignorāter
cōtigerit attemptari. Ceterū qꝛ difficile foret p̄ſentes litteras
ap̄licas ad quecūqꝫ loca in quibus ille forent neceſſarie tranſ-
ferri volumꝰ ⁊ auctoritate p̄dicta decernimus ꝙ earū tranſum
ptis manu notarij publici ſubſcriptis/⁊ ſigillo alicuius archi-
epi/vel epi/aut alterius p̄lati munitis ꝓrſus in iudicio ⁊ extra
fides plenaria adhibeatur/⁊ illis ſtet in omnibꝰ ⁊ ꝑ omnia ſicu
ti originalibꝰ litteris adhiberet ⁊ eis ſtaretur ſi forent exhibite
vel oſtenſe. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā noſtro-
rum voluntatis/ſtatuti/cōceſſionis/cōſtitutiōis/ordinatiōis/
decreti/declarationis/mādati/requiſitionis/hortatiōis/ ⁊ de-

rogationis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄ſumpſerit/ indignationē omnipotentis dei ac beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctū Petrū. Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxv. iiij. Idus Martij. Pontificat⁹ noſtri Anno quinto.

Premiſſam bullam cōfirmat d̄ns Innocentius papa. viij. in bulla ſub forma codicis/ que incipit Regimini vniuerſalis eccleſie/ circa medium.

Bulla declaratiua quarundā aliarum iſtius pape ꝙ abbates electi ⁊ per ordinem promoti nō tenentur mittere ad curiam infra quattuor menſes pro confirmatione et ſolutione annate/ niſi monaſteria in libro camere apoſtolice iam p̄rius eſſent ſcripta/ ⁊ ad hoc tenerent̄/ cū clauſula ꝙ tranſumpto fides adhibeatur. ⁊c.

Sixtus Ep̄s ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā. Decens reputamus ⁊ congruū vt cum ſup cōceſſionibus que a ſede apoſtolica emanarūt alique dubitationes inſurgunt Romanus pontifex p ſue declarationis oraculum dilucidet ⁊ declaret/ in his p̄ſertim caſibus in quib⁹ regularē vitā ꝓfeſſis deuote dn̄o ſeruiētibus inquietudinis ⁊ turbationis materia poſſet quomodolibet prouenire. Vidū ſiquidē inter alia litteras nonnullorum Romanoꝝ pontificū predeceſſorū noſtrorū per quas dilect

ris filijs abbati monaſterij Ciſtercij/Cabilonen̄ dioc/ceteriſqꝫ filiꝰ coabbatibꝰ/ ꝛ coabbatiſſis/ ac religioſis ciſtercien̄ ordinis vbilibet exiſtētibꝰ ꝯceſſiſſe dicebātur ꝙ nullus cuiuſcūqꝫ ſtatꝰ/ dignitatis/gradus/ordinis/vel cōditionis/etiam ſi ſancte Romane eccleſie cardinales/aut ſedis apoſtolice officiales ſeu etiam alterius ordinis abbates eſſent monaſteria/prelaturas abbatiales/ ꝛ alias dignitates/beneficia/ ꝛ loca etiam vtriuſqꝫ ſexus ordinis Ciſtercien̄ huiuſmodi in titulū vel cōmendam obtinere poſſet niſi ipſum ordinē Ciſtercien̄ expreſſe profeſſus eſſet. Aōqꝫ dictus abbas Ciſtercij ꝛ alij prelati dicti ordinis Ciſtercien̄ de monaſterijs/prelaturis/dignitatibus/ beneficijs et locis p̄dictis auctoritate ordinis libere diſponere valerent. Et ꝙ illa nullatenus ſub litteris apoſtolicis cōprehenderent/ ꝛ quedā alia eorundē p̄decesſorum ſtatuta/declarationes/ordinationes/priuilegia/et decreta/ac inde ſecuta quecūqꝫ/de fratrum noſtroꝝ conſilio per alias noſtras litteras approbauimꝰ/ ꝛ robur firmitatis obtinere debere decreuimus/ſuppleuimuſqꝫ omnes ꝛ ſingulos defectus ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem/ac voluimus ꝙ illi quos pro tempore dicti ordinis Ciſtercien̄ auctoritate in abbates ipſorum monaſteriorū promoueri/ ꝛ quibus de alijs beneficijs eccleſiaſticis dicti ordinis prouideri contingeret/infra quattuor menſes a die promotionū ſiue prouiſionū ſuarum ad curiam Romanā pro illarum confirmatione impetranda venire aut mittere/ ꝛ annatā ſiue medios fructus primi anni ipſorū monaſteriorū ſiue beneficiorum ſcd̄m taxam in libris camere apoſtolice poſitam ſoluere/ ac de alijs iuribus conſuetis eidem camere ſatiſfacere tenerentur/ Alioquin promotiones ſiue ꝓuiſiones illorum qui ſecus facerent nullius forent roboris vel momēti. Liceretqꝫ extunc nobis ꝛ dictis ſucceſſoribus noſtris de pſonis idoneis eiuſdē monaſterijs ꝛ beneficijs pro quibus id factum nō foret ꝓuidere/ prout in eiſdem noſtris litteris plenius cōtinetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper ꝑ parte dilecti filij Johannis abbatis dicti monaſterij Ciſtercij petitio continebat a nonnullis diuerſorū monaſteriorū ipſius ordinis Ciſtercien̄ abbatibus/

abbatiſſis ⁊ religioſſs reuocetur indubiū/an ſub voluntate no
ſtra predicta compꝛebēdantur monaſteria ⁊ beneficia p̄dicti oꝛ
dinis pro quoꝛū ꝓuiſionibus ad predictā curiam recurſus ha-
beri iuxta cōſtitutiones apoſtolicas neceſſario nō deberet/ vel
alias nō cōſueuit. Nos ad quos ſpectat ſuper his adhibere vi
gilantie noſtre curam/alias noſtras litteras predictas/ acſi de
verbo ad verbū insererentur p̄ſentibus pro expreſſis haben-
tes/vt omnis dubietatis ſcrupulus de dicti ordinis religioſo-
rum cordibus ⁊ mentib⁹ tollatur ipſius Johannis abbatis in
hac parte ſupplicationib⁹ inclinati voluntatē noſtrā predictam
auctoꝛitate apoſtolica p̄ſentiū tenoꝛe declaramus quo ad mo-
naſteria ⁊ alia beneficia predicta pro quoꝛum ꝓuiſionibus ad
curiā antedictā recurſus haberi iuxta conſtitutiones apoſtoli-
cas ceſſante conceſſione predicta neceſſario nō deberet/ vel ali
as non cōſueuit vt prefertur noſtre mentis nūq̄ fuiſſe illa ſub
voluntate noſtra huiuſmodi cōpꝛehendi debere/ ac perſonas
quibus de illis canonice poſt datā dictarum aliarū litterarum
noſtrarū/quandocūq̄ prouiſum fuit aut prouideri cōtinget in
futurū/ad impetrandū nouas ꝓuiſiones ſeu ꝯfirmationes ex
volūtate noſtra predicta vllatenus teneri. Decernentes ſic per
quoſcūq̄ auditores ⁊ iudices in quauis cauſa interpꝛetari/ et
iudicari debere/ſublata eis quauis alia interp̄tandi facultate/
ac irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoquā quauis auctori
tate ſcienter vel ignoꝛanter contigerit attemptari. Non ob-
ſtantibus pꝛemiſſis litteris ac conſtitutionibus ⁊ oꝛdinationi
bus apoſtolicis ceteriſq̄ cōtrarijs quibuſcūq̄. Ceterum quia
difficile foret preſentes litteras apoſtolicas ad quecunq̄ loca
in quibus de eis facienda eſſet fides transferre/volumus ⁊ au
ctoꝛitate predicta decernim⁹ ꝙ earum tranſumptis manu no-
tarij publici ſubſcriptis/⁊ ſigillo alicuius archiepiſcopi/vel epi
ſcopi/aut alterius prelati munitis/ ꝓſus in iudicio ⁊ extra fi-
des plenaria adhibeatur ⁊ illis ſtetur in omnib⁹ / ⁊ per omnia
ſicuti oꝛiginalibus litteris adhiberetur / ⁊ illis ſtaretur ſi fo-
rent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam noſtre declarationis/ conſtitutionis/ decreti/⁊

voluntatis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare p̄ſumpſerit/ indignationē omnipotētis dei ⁊ beatorum Petri et Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctū Petrū. Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxix. Idus Iulij. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Pro clariori intelligentia priuilegij p̄cedentis/ ſciendū eſt ꝙ tēpore quo p̄fatus dn̄s Hymbertus abbas Ciſtercij res ordinis ſui in curia Romana ſolicitabat/ inter p̄cipuos directores negociorū curie erat quidā dn̄s epiſcop⁹ Tiraſonēſi qui neſcitur quo ſpiritu ductus ordini ſatis aduerſabatur. Ob hoc licet p̄fatus domin⁹ Sixtus ad ordinē ſatis beniuolus videretur/ tn̄ dictus domin⁹ Tiraſonēſi ſemꝑ ꝑſtitit ꝙ clauſula quedam in fine aliquorū priuilegiorū poſita/ que incipit/ Volum⁹ autem ꝙ poſt quattuor menſes. ⁊c. apponeretur/ ⁊ ad eam tollendum procurandūq; quedā puncta ordini neceſſaria dictus dominus Hymbertus. xj. Iunij Romam intrauerat/ ⁊ priuilegia ipſa vſq; ad primā Auguſti magnifice ꝓſecutus fuerat/ et ibidem manſit vſq; circa feſtum Annūciationis dominice. Et poſt multas triſticias ⁊ labores vita functus eſt/ ſed tamen circa dictam clauſulam nihil proficere potuerat/ nouit altiſſim⁹/ nam vt dictum eſt omnino oportebat priuilegia penitus dimittere/ aut in illa forma ⁊ cum tali cauda leuare. Primum ordini videbatur nociuū/ ꝓpter alias clauſulas quibus ordo tūc maxime opus habebat. Secundū vero minus malū videbatur/ tum qr remediabile eſtimabatur/ tum qr clauſula illa Volumus autem/ bene cōſiderata nō eſt tantū ordini nociua ſicut ꝑfunctorie lecta videretur/ cum dicat electos ſeu poſtulatos ac promotos infra quattuor menſes a die promotionis eorū cōputandos teneri ire/ vel mittere ad curiam ſeu ſedem apoſtolicam pro confirmatione electionū/ ſeu poſtulationū/ et pro ſolutione annatarū/ ſeu mediorum fructuum primi anni/ et aliorum iurium et fructuum camere apoſtolice facienda. Ex quo ſequitur quod de abbatibus nouiter promotis nulli mittere

tenentur ad curiā ꝓ cōfirmatione ⁊ annata/niſi illi ſoli quorū monaſteria iā erāt in libro camere aplīce ſcripta/⁊ illa oīno ſꝑ neceſſe eſt mittere ⁊ annatam ſoluere/ niſi excuſentur in regno francie ꝑ pragmaticā ſanctionē/ vel alijs medijs. Verūtamen poſtmodū ꝓ maiori ſecuritate ordinis/⁊ ad tollendū oēs difficultates ſeu ſubiectiones noue occaſiones que ſuꝑ his accidere poſſent/ viſum eſt ꝙ declaratio precedens obtineri deberet. Prefato igitur dn̄o Tiraſoneñ ab illiꝰ officij adminiſtratione abſoluto ⁊ alijs occupato ad ſatiſfaciendū ſcrupulis multorū de ordine ſuꝑ clauſula illa cū maximis laboribus ⁊ expeñ precedens impetrata fuit declaratio/quā vniuerſi ordinis amatores ⁊ ſcire ⁊ amare debent.

Premiſſam bullam cōfirmauit dominꝰ Innocentius papa viij. in bulla ſub plumbo in forma codicis/ que incipit/ Regimini vniuerſalis eccleſie. Circa finem.

Regula cancellarie apoſtolice. Qꝫ penſiones nō transferunt in alios.

tis monaſterijs/ordinē in eiſdē locis ſup

pmeret/ ⁊ aliū ordinē inſtitueret. Sꝫ ꝓ
pter rōnes in textu poſitas ex paterna be
nignitate hoc facere diſtulit/ tria ordini
nō minus neceſſaria ꝙ̄ vtilia ſub excōis
late ſentētie pena ⁊c̄. fieri p̄cipiēdo. Uidet
licet ꝙ generale caplm̄ taliter ꝓuideat ſin
gulis annis de bonis viſitatorib⁹ ⁊ re-
formatorib⁹ ꝙ monaſteria ordinis vbi-
cūqꝫ exiſtētia reformenē/ ⁊ ad p̄ſtinā ob-
ſeruātie puritatē reducanē. Itē oēs abba
tes iuxta benedictinā ⁊ ordīs ſtatuta ve-
niāt aut mittāt ad capitulū generale apd̄
ciſterciū legitimo ceſſante ipedimēto / aut
niſi habeāt licētiā ab eo q̄ dare pōt. Et ꝓ
ſecuritate cōſcientiarū vide q̄s ali⁹ ille ſit
p̄ter generale caplm̄ ⁊ abbatē ciſtercij/ in
quo ſolo iuxta bullā p̄cedētē caplo ceſſā-
te reſidet ordīs ptās/ aut ab eis exp̄ſſam
hmōi hñs ptātem/ licentiā/ ſeu excuſati
onē talē dare pōt. Itē ſub eiſdē excōis nec
nō ꝓuationis monaſterioꝝ ⁊ officioꝝ q̄
obtinent/ ac etiam ceſſationis cōmendaꝝ
late ſententie penis eoipſo incurrendis/
appellatione nō obſtante/ abbates/ com-

x

mēdatarij/priores/ ⁊ officiarij dictorum monaſteriorꝝ ſingulis annis indilate ſoluāt ex integro ſommas ⁊ quottas ꝯtributionū monaſterijs/ ⁊ locis ordinis per generale capitulū īpoſitas/ taxatas ⁊ limitatas/ ⁊ cōſiderato valore p̄ſenti reddituū/ fructuum/ ⁊ prouentuū dictorum monaſteriorū ⁊ locorum imponendas/ taxandas/ ⁊ limitandas. Precipiendo generali capitulo vt taxas huiuſmodi reducant/ limitent/ et moderentur. Sub dictis penis latis inhibendo vniuerſis ⁊ ſingulis ne directe vel indirecte etiam per forum ſeculare ſolutionē huiuſmodi contributionum impediant/ aut de eis quicq̄ꝫ abſq̄ꝫ ſpeciali ordinatione capituli generalis/ vel abbatis Ciſtercij percipere vel leuare preſumant. Uide attente textum quia impoſſibile eſſet omnia ſufficienter ſub ſummario explicare. Cum clauſula ꝙ trāſumptis fides adhibeatur ſicut originali. ⁊c̄.

Innocentius Epſ ſeruꝰ ſeruoꝝ dei Dilectis filijs abbati monaſterij Ciſtercij Cabiloneñ dioč et diffinitoribus capituli generalis Ciſterciēñ ordinis ꝑ tempore celebrandi. Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Meditatio cordis noſtri aſſidua hoc inter cetera cōtinet ſpecialiter vt monaſteria ⁊ alia loca eccl'iaſtica ꝑſertim religiōis titulo inſignita/ac in eis diuinis beneplacitis mancipata/ꝑſone ad debite reformationis normā in ſpiritualibus ⁊ temporalibus reducantur. Sane ſicut ad noſtrū nō ſine magnis clamoribus ⁊ querelis etiā diuerſorum regū ⁊ principū aliorūq; dominorū temporaliū/noſtriq; animi nō parua diſplicentia peruenit auditū/in pleriſq; monaſterijs veſtris ab aliquibꝰ citra temporibꝰ illa vera dicti Ciſtercieñ ordinis religio que retroactis tēporibꝰ vigere cōſueuerat iā refrigeſcere cepit/ ⁊ aliqui ex monachis ⁊ religioſis in illis degentibꝰ ſe in reprobū ſenſum dantes/dei timore poſtpoſito/vitā ducūt minus honeſtā quā religiōi vr̄e ꝯueniat/in aīaꝝ ſuarū ꝑniciem/ diuine maieſtatis offenſam/religiōis opprobriū ac ipoꝝ monaſterioꝝ detrimētū/maluq; exēplū ⁊ ſcandalū plurimoꝝ/qđ credit̄ ꝓceſſiſſe cū monaſteria ꝑdicta ſicut decet ⁊ mandāt inſtituta et ordinationes dicti ordinis veſtri ab eorum ſuperioribꝰ viſitata nō fuerint/⁊ ꝓpterea prefati reges principes ⁊ dñi maxima cū inſtātia a nobis poſtularunt monaſteria ⁊ loca predicta in eorum terris/regnis/⁊ dominijs cōſiſtentia reformari/ ⁊ ad debitā regularem normā ⁊ dicti ordinis obſeruantiā reduci/⁊ eorū aliq̄ videnteſ malū regimen religioſorū veſtrorū ordinē ipſum in illis ſupprimi ⁊ extingui ⁊ aliū ordinem in eis inſtitui ⁊ niſi fuiſſet illa ſpecialis dilectio q̄ ordinē vr̄m ꝓſequimur/ac etiā ꝑces venerabil' fratris nr̄i Johānis epī Albaneñ dicti ordīs ꝓtectoris ⁊ nōnullorū ꝑlatorū retferēdarioꝝ nr̄oꝝ domeſticoꝝ q̄ dicto ordini vr̄o plurimū afficiūtur/⁊ magna cū diligētia ad ſupſedendū donec vobis ꝑmiſſa ſignificaremꝰ nos plurimū hortati fuerunt/⁊ ſup hoc nobis inſtantiſſime ſupplicarūt/tot clamoribus ⁊ querelis

excitati nō potuiſſemus nos cōtinere quin aliquā deſup ꝓuiſi
onē debitā adhibuiſſemus/pſertim interuenientibus tot regū/
principū/ et dominoꝝ querimonijs/ et plurimorū alioꝝ fidedig-
norū relatione. Quare cupientes ꝓut noſtro incūbit officio ſup
his debite ꝓuidere/ et qꝺ in monaſterijs et locis pdictis olim vi
geat obſeruantia regularis vos paterna caritate licet maiorē
in modū hortamur in dño et attente monemus/ vobis nihilo-
minus in virtute ſancte obediētie et ſub excōicationis late ſen-
tentie pena quā eo ipſo ſi cōtrafeceritis incurratis/ auctoritate
aplica tenore pſentiū diſtricte pcipiendo mādantes vt omnia
et ſingula dicti ordinis veſtri monaſteria atqꝫ loca vbilibet con
ſiſtentia p vosmetipſos vel alios abbates dicti ordinis veſtri
idoneos quos ad id duxeritis deputandos poſt capitulū ꝓxi-
me celebrandū finitū/ et deinde ſingulis annis pſonaliter viſi-
tare et que in illis reformatione/ correctione/ et emēdatione no-
ueritis indigere/ illa tam in capitibꝰ qꝫ mēbris ac ſpiritualibus
et tēporalibꝰ corrigere/ reformare/ et emēdare/ ac ad verā regulā
et normā dicti ordinis veſtri/ et ſm illius inſtituta et ordinatiōes
taliter reducere debeatis/ qꝺ in monaſterijs et locis pdictis ve-
ra dicti ordinis Ciſtercieñ religio quā ꝓfitemini vigeat et pſeue
ret/ ac clamores regū/ principū/ dñorum/ et alioꝝ predictorū ceſ
ſent/ ipſiqꝫ inducant ꝓut retroactis tēporibus fecerūt ad am-
pliationē et augmentū dicti ordinis veſtri/ vosqꝫ apud nos et
hanc ſanctā ſedē nō immerito cōmendari/ et apud diuinam maie
ſtatem pmia felicitatis eterne cōſequi valeatis/ qꝺ ſi forſan qꝺ
nō credimus facere diſtuleritis/ cogemur cōtra vos et dictū or-
dinē veſtrū iuſticia et honeſtate id nobis ſuadētibꝰ p alia oppor
tuna remedia ꝓcedere/ ac honeſtis petentiū pſertim catholico
rum regū et principū/ quibꝰ deeſſe nō poſſumus/ votis/ ſup hoc
benigne annuere/ etiā dictū ordinē veſtrū in monaſterijs et lo-
cis pdictis in quibꝰ vera religio et obſeruantia dicti ordinis de
fecit/ qꝺ nobis certe admodū diſpliceret/ ſupprimēdo et exting-
uendo/ et aliū ordinē in illis inſtituēdo/ ac alia faciendo ꝓut de
ſup nouerimus expedire. Vos aūt taliter ꝓut de vobis cōfidi-
mus ꝓuidere velitis qꝺ ad pmiſſa pagenda nobis nō ſit deue

niendū/ipſiq; reges/principes/ꝛ dñi ꝓut hacten⁹ de dicto or-
dine veſtro ꝛ religioſis illius cõqueſti fuerunt poſſint/ mutata
eoꝝ ꝑ bona opa veſtra ꝛ religioſoꝝ dicti ordinis vr̄i ſententia/
nō imerito vos ꝛ dictū ordinē vr̄m cōdignis laudib⁹ cōmenda-
re/ ꝛ indies ad bn̄faciendū dicto ordini veſtro īducant̄/ in quo-
rē ꝑfecto nobis/qui vt p̄diximus dictū ordinē vr̄m inter cete-
ros ordines quadā peculiari dilectione ꝓſequimur/ ꝛ in viſce-
ribus gerim⁹ caritatis/ ꝛ huic ſancte ſedi gratiſſimā effeceritis.
Et inſuꝑ inherētes veſtigijs felicis recordatiōis Benedicti pa-
pe.xij.p̄deceſſoris noſtri/qui voluit ꝛ mādauit ad generale ca-
pitulū dicti ordinis veſtri qḋ ſingulis annis celebrat̄/ oēs ꝛ ſin-
gulos abbates q̄ iuxta ſtatuta ipſi⁹ ordinis veſtri tenent̄ acce-
dere debere etiā ſub ſiſi excōis late ſentētie pena eoipſo ſi ↄtra-
fecerint incurrēda eiſdē abbatib⁹ iniungim⁹ ꝛ mādam⁹ vt ſub
penis in litteris ipſi⁹ Benedicti p̄deceſſoris deſuꝑ ↄfectis con-
tētis ad ip̄m capl̄m generale ſingulis annis/ ceſſante legitimo
impedimēto/ſeu obtēta ab eo qui dare pōt licētia ſpeciali/quā
exhibere debeāt venire teneant̄. Precipiētes etiā dicto capl̄o
gnāli ſub ſimili pena vt quolibet anno dictā excōis ſentētiam
aucte apl̄ica publicēt ꝛ denūcient/ꝛ etiā cū maxima maturita-
te ꝛ diligētia excuſationes ꝓponēdas ꝑ nō veniētes ad dictū
capl̄m generale diſcutiāt ac examinēt/ꝛ deinde ꝓut eis videbi-
tur/ꝛ ſuꝑ quo eoꝝ ↄſciētias plurimū oneram⁹/reijciant/vel ad-
mittāt/ꝛ alias iuxta lr̄aꝝ Benedicti p̄deceſſoris hmōi ↄtinen-
tiā ꝛ tenorē debite ꝓuideāt/eiſdē capl̄o ꝛ abbati Ciſtercij ꝓ tē-
pore exiſtenti harū ſerie liberā facultatē ↄcedentes innodatos
hmōi excōis ſentētia ob eorū nō acceſſum ad dictū capl̄m ge-
nerale ſi hoc hūiliter petierint ab illa ꝑ ſe vel aliū ſeu alios quē
vel quos ad id duxerint deputandū/ſeu etiā deputādos abſol-
uendi/iniūctis inde eis ꝓ mō culpe penitētia ſalutari ꝛ alijs q̄
de iure fuerint iniungēda. Ceterū q2 ſicut etiā accepim⁹ nōnul-
li ex abbatib⁹//ſiue cōmēdatarijs/ac priorib⁹/ ꝛ officiarijs mo-
naſteriorū/prioratuū/ꝛ locoꝝ dicti ordinis vr̄i ↄtributiōes iux-
ta taxas ꝑ Bn̄dictū p̄deceſſorē hmōi factas eos ↄtingentes vt
decet ꝛ tenētur ſoluere nō curant/ex quo maximū dicto ordini

ꝑiudiciū generat̄/ ⁊ ſi cōtributiōes hmōi ceſſarent ſequeret̄ ex-
īde totał dicti ordinis vr̄i deſtructio. Volum⁹ ⁊ ſub ſiľi excōis
ſentētia ac priuatiōis monaſterioꝝ/prioratuū/⁊ officioꝝ q̄ ob-
tinent ⁊ ꝓ tp̄e obtinebūt/necnō ceſſationis cōmēdaꝝ/late ſen-
tētie pena/⁊ eoipſo incurrēda/ꝑcipimus ⁊ mandam⁹ vt de cete
ro ſingulis annis iuxta taxas hmōi mō tn̄ infraſcripto reducē-
das ⁊ limitādas/ac alias iuxta litterarū tā pie memorie Sixti
pape.iiij.etiā p̄deceſſoris noſtri/quā noſtraꝝ/quaꝝ tenoreſ ac
ſi de verbo ad verbū infererent̄ haberi volumus ꝓ ſufficienter
exp̄ſſis cōtinentiā ⁊ tenorē/ſoluāt ⁊ ꝓ preterito tēpore qui de-
bitores erūt etiā integre ſatiſfaciant/impediētes vero quouis
mō directe vel indirecte etiā ꝑ forū ſeculare ſolutionē cōtribu-
tionū hmōi/⁊ quicq̄ de illis abſq̄ mādato capľi generalis aut
abbatis Ciſtercij p̄dictorū ꝑcipientes ⁊ leuantes/ etiā ſimilem
excōis ſententiā incurrāt/a qua tā nō ſoluētes q̄ impediētes ⁊
leuātes ſine licentia p̄dicta non niſi a Romanī pontifice/p̄terq̄
in mortis articulo ꝯſtituti/⁊ debita ſatiſfactione p̄miſſa/abſol-
ui poſſint. Preterea qm̄ a tēpore quo dicte taxe facte fuerīt mul
ta monaſteria ſunt depauperata/⁊ alia in redditib⁹augmentū
ſuſceperunt/⁊ nō videtur iuſtū ⁊ honeſtū qđ taxe debeāt ſolui
ꝓut alias tempore quo dicta monaſteria erāt maioris valoris
ſeu minoris quā nūc ſunt ordinate fuerūt/Ideo capľo genera-
li mādamus vt de fructib⁹/reddītib⁹/⁊ ꝓuentib⁹ omniū mo-
naſteriorū p̄dictoꝝ ſe diligēter informent/⁊ iuxta qualitatē di-
ctorū monaſteriorū ⁊ reddituū illoꝝ ac ſtatū in quib⁹ ad p̄ſens
reperiunt̄ taxas hmōi reducant/limitent/⁊ moderent̄/vniuer-
ſis ⁊ ſingulis abbatib⁹/cōmendatarijs/prioribus/⁊ officiarijs
dicti ordinis qui ad ſolutionē ⁊ cōtributionē hmōi ſūt obliga-
ti/etiā ſub ſiľib⁹ penis eoipſo incurrēdis/diſtricte ꝑcipiēdomā-
dātes vt q̄uis appellatōis obſtaculo nō obſtāte/⁊ q̄cūq̄ excepti
one ⁊ dilatione ceſſantib⁹ ordinatiōi ſuꝑ cōtributionib⁹ hmōi
ꝑ dictum capitulū generale faciende oīno pareant ⁊ intēdant.
Nō obſtātib⁹ p̄miſſis ac cōſtitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ap̄licis
ſtatutis quoq̄ ⁊ cōſuetudinib⁹ monaſteriorū ⁊ ordinis vr̄i pre
dictorum/iuramento cōfirmatione ap̄lica vel quauis firmita-

re alia roboratis/necnon omnib⁹ illis que p̄fati p̄decessores in ſuis/⁊ nos in noſtris litteris p̄dictis volum⁹ nō obſtare / cōtrarijs quibuſcūq;/aut ſi abbatib⁹/cōmendatarijs/priorib⁹/⁊ officiarijs p̄dictis/vel quibuſuis alijs cōiter vel diuiſim ab eadē ſit ſede indultū qd̄ ad p̄ſtationē vel ſolutionē aliquā cōtributionū nō teneant/⁊ ad id compelli/aut qd̄ interdici/ſuſpēdi/ vel excōicari nō poſſint p litteras aplicas nō facientes plenā ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē/⁊ q̄buſlibet alijs priuilegijs/indulgētijs/⁊ litteris aplicis generalibus vel ſpecialib⁹ quorūcunq; tenorū exiſtant/p que preſentibus nō expreſſa vel totaliter nō inſerta effectus earū impediri valeat quōlibet vel differri/⁊ de quib⁹ quorūq; totis tenoribus habendi ſit in noſtris litteris mētio ſpecialis/que quo ad p̄miſſa volun⁹ eis nullaten⁹ ſuffragari. Uerū qr difficile foret p̄ſentes litteras ad ſingula queq; loca in quib⁹ expediēs foret deferre volumus ⁊ p̄fata aplica auctoritate decernimus qd̄ illarū tranſumptis manu alicui⁹ publici notarij inde rogati ſubſcriptis ⁊ ſigillo capituli aut abbatis Ciſtercij p̄dictorū vel alterius prelati/aut pſone in eccleſiaſtica dignitate conſtitute/ ſeu curie eccleſiaſtice/munitis/ea prorſus fides in iudicio ⁊ extra/et alias vbilibet adhibeatur que p̄ſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibite vel oſtenſe. Datum Rome apud ſanctū Petrum. Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxxvij. iiij. Idus Auguſti: Pontificatus noſtri Anno tertio.

Notabile pro bulla precedenti.

Ubi alia deeſſent tribulationū ⁊ pſecutionū ordinis documenta/maxime ab anno domini. M.cccc.lxx. vſq; circa annum nonageſimū/ impetrationes p̄cedentium et ſequentium priuilegiorū/ordiniſq; cōputatiōes /ſatis oſtendūt. Nā patrū cōſuetudo fuit diuerſis tēporibus iuxta emergentes in ordine morborum ⁊ calamitatū neceſſitates/ad ſanctā ſedem pro remedio recurrere. Et qr tēpore predicto quaſi vbiq; terrarū aduerſus ordinē pſecutionū fluct⁹/lōge acri⁹ ſolito iſurgebāt/multis

horrendo errore deceptis/adeo vt quaſi ſe inhoneſtatos puta-
rēt qui vnū vel duo ordinis monaſteria in cōmēdā nō haberēt
aut ſaltē penſionē ab ordine nō reciperēt/incredibiles ſepiꝰ cla
mores ex omni natiōe ad capituli generalis/ꝯtinue aūt ad ab-
batis Ciſtercij aures deferebant/idcirco neceſſe fuit varias ad
ſedē apl'icā/ad reges/ ceteroſq; orbis moderatores/ cōitatūq;
ac iuſticiarū rectores deſtinare legatiōes/oportuneq; ac ĩpor-
tune inſtare/⁊ eos ꝓ ſubſidio pulſare/ne tā nobile ſancte m̄ris
eccleſie mēbrū ſub tātis ꝓcellarū anfractibꝰ periret. Velut cer-
ui currebāt aliq̄ ordinis legati/ Alij tanq̄ aq̄le ad opꝰ ſanctum
volabāt/rugitu mirabili ſup̄ tāti ordinis deſolatione/ etiā celi
cacumina/terreq; ꝓfūda replētes/⁊ audaci ꝯſtātia altiſſimi vin
dictā aduerſus nefarios tunicā dn̄i icōſutilē nō ſolū ſcindētes
ſed certe violēter diſrūpentes/aptis vocibꝰ iplorantes. Quis
tot principū l'ras ad ſūmū pontificē/ſacrūq; collegiū/necnō ad
eoꝝ ꝓcuratores in curia ſup ordinis cōmēdatiōe/cuiꝰ multoꝝ
mēbroꝝ exiſtūt fūdatores. Itēq; breuiū apl'icoꝝ ad dictos p̄n
cipes/vt cōceſſa ordini p̄uilegia ꝯſeruent/⁊ ꝯſeruari faciāt nu-
merabit. Cōſident' ſiquidē dici p̄t q̄ niſi p̄fate exhibite fuiſſent di
ligētie/Iā iā totus ordo laceratꝰ/diruptꝰ/⁊ cōſūptus eſſet. Sꝫ
quis in rebꝰ hūanis exptus cogitaret talia negocia ſeu ꝓdigia
ſine maximis ⁊ iſolitis expēn/incredibilibuſq; laboribꝰ tracta-
ri/ꝓſeq̄/ꝓcurari/obtineri/⁊ ad effectū deduci poſſe. Hec ꝑfec-
to optime nouerat ſūmꝰ pōtifex ⁊ tāq; verꝰ amator ac ꝓmotor
ordīs/ipſiꝰ reſtaurationē ſitiens/bullā p̄miſſā ad gnāle capl'm
deſtinauit. Cuiꝰ mādat' veluti oraculo diuio gnāle capl'm obe
dire cupiēs/⁊ ſciēs ipoſſibile ordinē quācūq; ꝓſperitatis felici-
tatē ꝯſequi poſſe/niſi decenti ordine circa ꝯtributionū annaliū
taxationē/moderationē/limitationē/receptionē/reliquāq; ea-
rū diſpoſitionē vt in p̄fatis l'ris apl'icis mandat'/dicte determi
natōi cōtributionū eo vigilātiꝰ ⁊ deuotiꝰ vacauerūt/ q̄ affectu
oſiꝰ ordīs repationē ſil' ⁊ reſtaurationē deſiderabāt/ ſequēte cō
dētes diffinitionē/eāq; diuerſis patribꝰ in diuerſis mūdi regi-
onibꝰ exequēdā cōmiſerūt/cuilibet cōmiſſioni monaſteria ⁊ ta
xas in particulari determinādo ⁊ ſubſcribēdo/ que ex ſtudio h'

apponit᷑ vt boni ordinis zelatores ⁊ filij/ q̇ gn̄ale capl'm frequē-
tare nō valuerūt/ de ſingulis pleni⁹ informent᷑/ ⁊ ad laborādū
cū ceteris in opeſancto ampli⁹ animent᷑.

Diffinitio ſup limitatione/ moderatione/ ⁊ receptiōe/ ꝯtributionū/ virtute/ mādati aplici ſuperius īmediate poſiti.

Nos frater Johānes abbas Ciſtercij ceteriq̄ diffinitores capl'i gn̄alis ciſterciēſ ordinis/ Notū facim⁹ vniuerſis q̄ in eodē gn̄ali caplo die xiiij. mēſis Septēbris. Anno dn̄i M.cccc.xc. apud Ciſterciū celebrato facta fuit quedā diffinitio cui⁹ tenor ſequit᷑/ ⁊ eſt talis.

Cum ſicut in ſingulis cōmunitatib⁹ debite gubernatis fieri cōſpicit᷑/ partes vniuerſe ꝓ toti⁹ ſubleuatione/ cōſeruatione/ ꝓcuratione ⁊ defenſiōe/ nō ſolū ſubſtātie tpalis portionē/ verūetiā q̄nq̄ vitā dulciſſimā exponāt. Ita q̄ ab exordio ſacri hui⁹ ordinis pres ſingulis annis ad ꝓcurāda tāti ordinis negocia iuxta agēdoꝝ exigētiā/ nedū īmenſos labores/ ſ ⁊ certas/ magnaſq̄ ſup q̄libet ordinis monaſterio pecuniarū ſōmas/ q̄s ꝯtributiōes vocabāt/ pēſatis locoꝝ facultatib⁹ q̄libet anno īponere/ illaſq̄ tāq̄ veri rei publice ordinis amatores/ vniuerſi ꝓmpto ⁊ hylari animo/ ad gn̄ale capl'm afferre curabāt/ Alioq̄n nūq̄ tanta/ tāq̄ excellētia īpetrari ꝓuilegia/ aut in tm̄ ipſi⁹ ordinis dec⁹/ vltra vite ⁊ meritoꝝ ſanctimoniā/ ſublimari valuiſſent. Uex q̄ tractu tēporis in diuidēdis/ aſſignādiſq̄ huiōi ꝯtributionū ſōmis ſup quolibet monaſterio/ nōnūq̄ graues inter deputatoſ ꝯtrouerſie ſeu diſſenſiōes oriebant᷑/ ⁊ ventilabant᷑. Pro pace ⁊ q̄ete inter eos tpe felicis recordationis dn̄i Bn̄dicti pape. xij. ſacri hui⁹ ordinis ꝓfeſſi/ florēte ordine/ ⁊ in ſuo vigore laudabilit᷑ ſubſiſtēte/ pres ſctā ⁊ religioſa cogitatōe cupiētes ordinē iugit᷑ pacificē in ſuis libertatib⁹/ ꝓuile-

gijs et quiete cōſeruari/necnō queq₃ ipſius agenda in curia Romana/in capl'is generalib⁹/in collegijs et vniuerſitatib⁹/ in impetrationib⁹ priuilegiorū/in legationib⁹ cōmiſſariorū/et nunciorū/ad principes/et vniuerſa ipſius ordinis negocia pſpere et feliciter cōmunibus expeñ dirigi/tractari/et pcurari/certas dictarū cōtributionū annualiū ſōmas cuilibet monaſterio limitatas taxauerūt/et impoſuerūt. Uidentes autē multiplicia tanti ordinis negocia p vniuerſam mūdi latitudinē diffuſa/ et certe varia ac grauiſſima/vt omnis rect⁹/et expertus iudicare poteſt oculus/ſanxerūt ſōmā nouē miliū librarū/p ordinaria et ānua pcuratione ſeu directione/dictorū agendorū ordinis fore neceſſariā. Ob hoc minorē et annuā ptributionū taxā nouē miliū librarū ſup monaſterijs impoſuerunt. Sed qr ſepius alia magis ardua ſupuenire ſolent negocia/aliā dictarū cōtributionū ordinauerūt duodecim miliū librarū taxā. Si aūt grauiora imminerent agenda/vt ſunt impetrationes puilegiorū/et ſimilia/ que nō niſi magnis expediri valent impēſis/aliā octodecim miliū librarū taxā deputauerūt. Et p extremis ſeu maxime arduis neceſſitatibus/quartā ſcʒ vigintiquattor miliū librarū taxā iſtallauerūt/put antiq et recētia ordinis regiſtra luce clarius hoīa oſtendūt. Et his medijs cū generale capl'm ǭlibet anno pſiderās tunc currētes ordinis neceſſitates vnā dictarū taxarū ſolnēdā declararet/in pmptu abſq₃ vlteriori vacatiōe/ ſeu expeñ quilibet ǭtū ſoluere teneret cognoſceret. Et ǭdiu more pacifico certis annorū curriculis rem tanti ordinis ſub iſta forma pcurarūt ordinis pſone/et ad bonū cōe ordinis ſe deuotas et feruētes/vt pmittit exhibuerūt/tādiu ordo ipe ǭet⁹/liber/et reformat⁹/in ſanctimonie excellētia/fame glia/et bonorū tpaliū opulētia floruit/poſtmodū nōnullorū caritate paulatim refrigeſcēte/ſubmiſſaq₃ ſctā et pia affectione/ad bonū cōe/ multis poti⁹ ſua ppria et particularia curātib⁹ cōmoda/ac omiſſa gnāliū capitulorū fraquētatiōe/ambicioſorū iordinat⁹ appetit⁹/ ſeu auiditas ad inuadēdū monaſteria et loca regularia ipſi⁹ ordīs excreuit/hiſq₃ et alijs medijs ordo tādē multifarie leſus/plurimū diſrupt⁹/et ad pauperiē miſerabilē redact⁹/ faciliter abſq₃ ſufficiē-

ti defenſiōe pſeq̄ntiū p̄da facta videt̄/adeo vt iā maiorē potio-
rū monaſterioꝝ ptē in cōmēdā occupauerint/ et heu patnis mo
rib⁹ abiectis/pegrini/et a priorib⁹ alieni rit⁹ introducti ꝯſpiciū
tur. Ex quib⁹ vt clare liquet monaſteria ad nō min⁹ īcredibilē
q̄ȝ lamētibilē in vtroqȝ ſtatu deducta ſūt ruinā. Succreuerūt in
ſup iuxta mūdane infelicitatꝭ vertibilitatē/occaſiōes nō parue
deſolatiōis et extinctōis monaſterioꝝ vtriuſqȝ ſex⁹/ ꝓpt̄ q̄o ma
gna eoꝝ po/tū qr deſtructa aut alijs eccleſijs et ordinib⁹ vnita/
tū qr fortiſſimis manib⁹ ſūt cōmēdata/nihil de dictis ꝯtributi
onib⁹ ſoluāt. Alia vero monaſteria a centū annis et ampli⁹ ꝓp
ter guerraꝝ turbines/et inde ſequētes locoꝝ deſolationes/vix
quartā aut quintā dicte aſtallationis noue miliū librarū par-
tē/pauca medietatē/et pauciſſima partē ſuā dicte aſtallationis
cōtulerint ſeu ſoluerint/ paucioribus exceptis quorū taxe fue-
runt p minime. Plures vero et ſi extunc ſupna miſeratione fue-
rint locupletati/in nullo tñ ſommā tunc eis cum eſſent paupe-
res iuxta facultatē illius tēporis impoſitā/aut cuiuſdā mode-
rationis poſtea ꝓpter guerrarū vaſtitates intuitu pietatis fac-
te tranſire/ſeu agere ꝓ aliorū ſupportatione voluerūt/ ſed cōi-
ter difficiliores reperiuntur/vnde his et alijs pluribus medijs
in tantū dicte ꝯtributiones extenuate ſunt/vt cōmunibus an
nis vix mille ducentū/aut raro mille trecentarū librarum turo
neñ/ſommā/et ſepe minus vt clare docent computationes/cō-
plere valuerunt. Que quidē ſomma cōmunib⁹ et annuis incui-
tabilib⁹ expeñ vt ſunt capl̄i generalis/reddituū p ordinē debi-
torū/collegiorū ordinis/et ſimiliū a centū annis nullaten⁹ ſuffi
cere potuerit. Obhoc neceſſe fuit et eſt ſingulis annis expeñ or-
dinis ſupare receptā/qn̄qȝ in. ccc. qn̄qȝ in. ccccc. qn̄qȝ in M. lib.
et amplius/et Ciſterciēñ de propria ſui monaſterij paupertate
ſommas ordini preſtare/et ei ſuccurrere. Indeqȝ debita ordi-
nis ad Ciſterciū tā noua q̄ȝ antiqua creſcere. Merito itaqȝ plā-
gēs ordo ſanct⁹ clamare cogit̄/ Infirmata ē in pauptate virt⁹
mea/ Interim plures ordinis amatores ipſi⁹ ardēter reſtaurati
onē i vtroqȝ ſtatu ſitiētes/lȝ ꝯtributionū taxā vt poterāt ſolue-
rēt/nihilomin⁹ vidētes alios aut nihil aut valde paꝝ ſolu̾e/ſe

tanq̄ꝫ grauatos ꝯq̄rētes/a murmure corda ⁊ ora vix poterāt co
hercere. Plures q̄ꝫ cēſura ꝝ fulminatiōes min⁹ iuſto timētes/
⁊ manū claudētes/ordinis receptā quaſi ex toto vacuā relinq̄-
rūt. Porro īgueſcētib⁹ ⁊ vltra modū p̄ualētib⁹ varijs pſecutiōi
b⁹ ordis/p̄ſertim p cōmēdas q̄ſi vbiqꝫ ſerpētes/p monaſterioꝝ
alienatōes/p multoꝝ ordinarioꝝ monaſteria ſuis iuriſdictōib⁹
ſubmittere/⁊ ab eis ſubſidia extorq̄re nitentiū/exq̄ſita molimi
na/ne tā gl'ioſū ſcē matris eccl'ie mēbꝝ miſerabilit̄ idefenſū rue
ret/altiſſimo a paucis annis quorūdā zelatorū corda excitāte/
cū maioris ⁊ acrioris pſecutiōis tpe op⁹ ſit vigilātiores reſiſtē-
tias ⁊ defenſiōes adhibere/vt apud ſedē aplicam ⁊ alibi reme
dia diligēter q̄rerent̄ ꝯcluſerūt. Idcirco diuerſis vicib⁹ capl'm
gnāle reuereñ dños abbates Cistercij/p̄ſertim modernū ⁊ eius
p̄deceſſorē inſtātiſſimis p̄cib⁹ rogauit/vt ꝓ ſui ordinis reſtau-
ratiōe ſedē peterēt aplicam. Quiquidē operi ſancto vires libe
raliter applicātes ampliſſima ⁊ digniſſima obtinuer̄t p̄uilegia/
variaſqꝫ p ſe ⁊ p alios/ad p̄ncipes/ad iuſticiaꝝ curias/⁊ ad re-
liq̄s orbis moderatores/p ſe ⁊ p alios exercuer̄t legatiōes/ Ex
quib⁹ ordo iā dño miſerāte in vtroqꝫ ſtatu reſpirare ⁊ renouare
ꝯſpicit̄. Ad q̄rū oīm expeñ neceſſarias/vtrunqꝫ ferendas gnā-
lis capl'i ꝓuidentia/priſcoꝝ mores/ac laudabiles aliaꝝ cōita-
tū cōſuetudines imitādo/certa tūc decreuit ſup totū ordinē ca
ritatiua imponere ſubſidia/que tū ratiōe ⁊ ad cauſam p̄miſſo-
rū vix ꝓ medietate ſoluta fuerunt/aut recepta/annuis tñ con-
tributionib⁹ ꝓpter dicta ſubſidia quaſi totaliter illis annis ceſ
ſantib⁹. Cūqꝫ nec iſta tāt' ordinis neceſſitatib⁹ ſufficerēt neceſ
ſe fuit p dictū capl'm gnāle nōnullas in bancho ad intereſſe ac-
cipe pecunias. Opus ſiq̄dē erat/ aut miſerabilib⁹ ocul' vltimā
⁊ irrepabilē ordinis ruinā aſpicere/aut cū talib⁹ expeñ ſaltē tūc
remedia ꝓcurare oportuna. Premiſſis īſup ordis calamitatib⁹
⁊ miſerijs mult' medijs ⁊ occaſionib⁹ ad ſanctiſſimi dñi nr̄i au
res puenientib⁹/vt innata bonitate paternis affectib⁹ ſacro ordi-
ni ab ineunte etate affici'/ Inter cetera ſub grauiſſimis cenſu-
ris iteratis vicibus p aplica ſcripta in forma rigoroſa patribus
gnāle capl'm celebrātib⁹ mandauit ⁊ p̄cepit quaten⁹ ꝓ cōmuni

oꝛdinis ſtatu feliciter dirigendo ⁊ releuando omni cū diligen-
tia ⁊ ſtudio cōtributiones hmōi de nouo/habito reſpectu ad ꝑ-
cedētes taxas/⁊ ad modernū cuiuſlibet monaſterij valoꝛē taxa-
rēt/limitarēt/determinarēt/aſſiderēt/⁊ cuilibet monaſterio in
particulari iponerēt/aliaqꝫ oꝛdīs debita diligēter/ſub eiſdē pe-
nis quibuſlibet abbatib⁹/cōmendatarijs/⁊ monaſterioꝝ offi-
cialib⁹ mandās quaten⁹ ſommas ſic vt ꝑmittiť ꝑ gnāle capi-
tulū determinatas ⁊ impoſitas/ſeu determinādas ⁊ imponen-
das integraliť deputatis cōmiſſarijs oꝛdinis ⁊ abbatis Ciſter-
cij annis ſingulis/terminis ac locoꝝ ꝑ eos aſſignādis ꝑſolue-
rent/vt defenſioni ac directioni oꝛdinis deinceps applicenť ma-
gna ſub penarum eccleſiaſticarum interminatione inhibēdo/
ne quiſqꝫ de dictis cōtributionib⁹ abſqꝫ dicti capituli/aut dñi
Ciſtercij mandato expꝛeſſo ⁊ oꝛdinatione/quicqꝫ recipere aut re-
tinere/ſeu quouiſmodo impedire ꝑſumat. Quibus nau-
fragijs/malis/⁊ incōuenientib⁹ ſupius enarratis ꝑſens gene-
rale capitulū ꝓ viribus occurrere/⁊ mādatis ſanctiſſimi patris
iuſtiſſimis quidē/ac oꝛdini ꝑ neceſſarijs obtēperare/necnō oꝛdi-
nē a talibus miſerijs/vſurarūqꝫ voꝛaginib⁹ ⁊ debitoꝝ inuo-
lutionibus liberare/ac ipſū oꝛdinē ad priſtinū integritatis ſta-
tum reſtaurare cupiens/⁊ vt iā obtenta priuilegia incōcuſſa et
integra obſeruari poſſint. Maxime vero ne ampli⁹ ſubſidia q̄-
cunqꝫ vltra dictas cōtributiones oꝛdinarias ꝓ hmōi reb⁹ com-
munib⁹ oꝛdinis ſuꝑ oꝛdinē/ꝑſertim ſuꝑ monaſterijs religioſo-
rū iponere neceſſe ſit/ſed oīa regulariter ⁊ quiete/ſicut ꝓſperi-
tatis tēpoꝛe olim fieri ſolebat/in eo ſemꝑ fiant/matura delibe-
ratione/⁊ ꝓbitatis equitate/ac vnanimi omni ſententia/inſe-
quēdo cōcluſionē Anno dñi M.cccc.lxxxviij. ꝑ generale capi-
tulū ſuꝑ hoc factā/⁊ confirmatā/valoꝛe ⁊ facultate cuiuſlibet
monaſterij ꝑ debitā informationē habitis/hmōi cōtributionū
ſommas vſqꝫ ad aliā capłi generalis diſpoſitionē/in vno volu-
mine ſeu codice moderādo ⁊ oꝛdinādo taxauit/limitauit/oꝛdi-
nauit/aſtallauit/⁊ cuilibet monaſterio vt ꝑmiſſum eſt impoſu-
it/ac tenoꝛe ꝑſentis diffinitionis taxat/limitat/oꝛdinat/aſtal-
lat/⁊ cuilibet monaſterio imponit/ꝓut in dicto volumine ſeu

codice ſup hoc cõfecto / ⁊ p̄ſentialiter notarijs dicti capl̄i gene-
ralis porrecto plenius cõtinetur. Eiſdē notarijs p̄cipiens qua-
tenus dictū volumē ſeu codicē fideliter tranſcribant / ⁊ cū alijs
rebus ordinis apud Ciſterciū ſeruandū reponāt / caſſatis oīno
reuocatis / ⁊ anullatis / tā ap̄lica q̄ȝ ordinis auctē q̄buſcūq; alijs
limitationib⁹ / aſtallatiōib⁹ / gratijs / aut taxis / ꝑ quoſcūq; huc
uſq; ſup dictis cōtributionib⁹ factis / ⁊ ipſis ad p̄ſentē declara-
tionē ſeu taxā reductis / necnō cōmiſſionib⁹ alijs quibuſcunq;
ſup cōtributionib⁹ aut ſubſidijs ad quodcunq; tēporis ſpaciū
cōceſſis / religioſis ac deuotis affectionib⁹ vniuerſos monaſte
riorū ordinis abbates / cōmendatarios / p̄ores / rectores / recep-
tores / ꝓcuratores / burſarios / cellararios / officiarios / admini-
ſtratores / admodiatores / ſeu arrendatores tā religioſos q̄ȝ ſe-
culares / cuiuſcunq; dignitatis / ſtat⁹ / vocationis / aut cōditio-
nis exiſtant / benigne admonens ⁊ exhortans. Et nihilominus
eis ⁊ cuilibet eorū diſtrictius ap̄lica ⁊ ordinis auctoritatib⁹ in
virtute ſalutaris obedie͂tie ⁊ ſub excōicationis / necnō ſuſpeñ /
ac etiā priuationis a ſuis dignitatib⁹ ⁊ officijs late ſente͂tie pe-
nis / ac cenſuris in litteris ap̄licis / ſtatutiſq; ⁊ diffinitionib⁹ or-
dinis expreſſis ⁊ cōtentis mandans ⁊ p̄cipiens / quaten⁹ p̄miſ-
ſa mente deuota recogitando / ſeq; veros ⁊ bonos ordinis fili-
os ⁊ fideles amatores vt tenent / oſte͂dendo ⁊ exhibendo / ſom
mas dictarū cōtributionū eoꝝ monaſterijs vt p̄miſſum eſt im
poſitas ſeu poti⁹ moderatas / ⁊ renouatas / regulatas / ⁊ ad iu-
ſticie limites reductas / ⁊ aſtallatas / cū reſtis ſeu arreragijs / tā
dictarū cōtributionū q̄ȝ ſubſidiorū / preſertim a quindecim an-
nis nouiſſime tranſactis debitis / ꝓmpte ⁊ abſq; dilatione ad
opus ſanctū ordinis / cōmiſſarijs ⁊ eoꝝ deputatis / tēporib⁹ et
locis / ſ̄m patriarū ⁊ locoꝝ ꝯſiderationē ꝑ reuerendiſſimū dn̄m
noſtrū Ciſtercieñ / ſeu cōmiſſarios vel eoꝝ deputatos p̄figēdis
⁊ aſſignādis ad integrū ſoluāt / vel ꝑſolui faciāt. Si aūt p̄miſſo
rū abbatū / cōmendatarioꝝ / priorū / ſeu officiarioꝝ / cā vel cul-
pa / aut negligētia / ſeu dilatōe / aut recuſatiōe / ad eos vel eorū
monaſteria ꝓpt̄ nō ſolutionē hmōi taxaꝝ locis ⁊ tpib⁹ vt p̄miſ
ſū eſt aſſignatis fuerit ꝑ dictos cōmiſſarios ſcḋo aut tertio vel

pluries remittendū/ſub dictis penis cū taxa ſeu ſorte pncipali etiā expeñ rōnabiles ſup hoc facta s iuxta dictoꝝ cōmiſſarioꝝ arbitriū indilate pſoluāt/vt vel ſic ſingulis annis ordo pfecte ſtatū ſuū in caplo gnāli cognoſcat. Quoꝝ oīm ſpeciales cōmiſſiones ꝛ diſtributiōes ipſe reuereñ pat noſter ciſtercieñ aſſignare/mutare/ꝛ diſponere poterit/put ꝛ qtiens ordini magis congruere viderit. Quocirca pñs gnāle caplm de diſcretōe/puidētia ꝛ fidelitate moderni abbatis monaſterij de. M. ad plenū ꝯfidēs cōmittēdo ſibi tenore pñtiū in ꝟtute ſalutaris obedientie ꝛ ſub penis infraſcriptis/niſi ordis imo veriꝰ aplicis paruerit mādatis/mādat ꝛ pcipit/qtenꝰ oibus ꝛ ſingul excuſatōibꝰ ceſſantibꝰ ꝛ poſtpoſitis/ſiue p ſe/ſiue p ſubexecutores/ſeu receptores/aut collectores/ſeu nuncios ſpāles ſiue religioſos/ſiue ſclareo p eū deputādos infra viginti dies receptionē pñtis diffinitiōis imediate ſeqntes/ſup q eiꝰ ꝯſciētiā corā deo oneramꝰ/ oēm poſſibilē ꝛ indiſſimulatā faciat ꝛ adhibeat diligētiā/ exequēdi/ꝛ ad effectū deducēdi ꝛ deduci faciēdi pñtē diffinitionē/ ꝛ ſi pſonalit vacare ꝛ ad loca ire nō potuerit hoc ipſū p pdictos ſuos ſubdelegatos vel deputatos/ſeu collectores/aut nūcios diligent exeqtur/dādo eis ꝛ cuilibꝫ eoꝝ noie ordis auctem facultatē ꝛ ptāē/petēdi/exigēdi/requirendi/leuādi/ ꝛ pcipiēdi oēs ꝛ ſingulas hmōi dictaꝝ ꝯtributionū ſōmas ꝛ qttas monaſterijs infraſcrptis vt pmittit/taxatas ꝛ īpoſitas/cū reſtis ꝛ arreragijs tā ꝯtributionū ꝙ ſubſidioꝝ pcedētiū/pſertim a qndecim ānis nouiſime tranſactis. De receptis ꝙ bonas ꝛ validas qctātias faciēdi/ſeu fieri pcurādi. Sōmas aūt receptas cū claris ꝛ itegris cōmutatiōibꝰ ilico ꝛ diligēter ad pfatū Reuereñ d. M. Ciſtercieñ ꝯ rebꝰ ordis trāſmittat/ſeu in bancho ad ſolutionē debitoꝝ ordis iux ipſiꝰ reuereñ dñi ciſtercieñ ordinatiōem reponat/qctātias bonas a bācharijs recipiēdo. Cōtradictores vero ꝛ rebelles ſeu ſoluere renuentes aut differētes ſeu quictātias a dicto tēpore quindecim annoꝝ eis oſtēdere nolētes/aut differentes/ ſeu diſſimulantes/ ſi in eorum facultate/ tam abbates/commēdatarios/priores/cellararios/burſarios rectores/receptores/pcuratores/admodiatores/ſeu arrēdatores/ꝙ qlibet dictoꝝ mōaſterioꝝ officiarios ſeu admiſtratores

tam religioſos ꝙ ſeculares cuiuſcūqꝫ dignitatis/ſtat⁹/ p̄eminē
tie/aut cōditionis exiſtāt/vt taxas ⁊ quottas dictaꝝ cōtributi
onū dictis monaſterijs vt p̄mittit̄ ſpoſitas ⁊ inferi⁹ ſubſcp̄tas/
cū reſtis ⁊ arreragijs tā ꝯtributionū ꝙ ſubſidioꝝ ⁊ expeñ rōna
bilib⁹ vt p̄miſſum eſt/⁊ ſm̄ declarationē p̄miſſam infra tēpus ⁊
in loco competeñ/ꝑ ipſum cōmiſſariū p̄figendis/ ⁊ ꝑ deputatū
ſeu collectorē ab eo deputatū declarādis/ſeu denunciandis/in
caſu ſupradicto ⁊ in forma ſuperi⁹ declarata ſub excōis/aggra
uationis/necnō ſuſpeñ ⁊ interdicti/ac etiā priuatiōis a ſuis di
gnitatib⁹/adminiſtratiōib⁹/officijs/⁊ beneficijs. Necnō inha
bilitatis ad quecūqꝫ beneficia officia eccleſiaſtica habēda/ aut
obtinēda/ac ſub alijs ſentētijs/cenſuris ⁊ penis lati⁹ in p̄uile
gijs ap̄licis nouis ⁊ veterib⁹/ac in ſtatutis ⁊ diffinitionib⁹ or
dinis cōtentis ⁊ declaratis/ap̄lica ⁊ ordinis auctoritatib⁹ pfa
tis palā ⁊ publice. Necnō ⁊ ſi opus ſit ꝑ affixionē ad valuas ec
cleſiarū/ſeu alias ꝓut melius ſibi viſum fuerit expediēs realit̄
⁊ cū effectu ſibi ſoluant/moneat ⁊ requirat. Et caſu quo p̄dicti
ſic moniti aut aliqui eorū mandatis ⁊ monitionib⁹ ſibi modo
p̄miſſo factis/infra terminū monitiōis (qđ abſit) parere/obedi
re/ſeu obtēperare recuſauerint/vel cōtempſerint/aut neglexe
rint/appellationis obſtaculo iuxta ap̄licū decretū nō obſtañ/ et
in nullo executionē p̄ſentiū impediēte/eoſdē ⁊ quēlibet eorum
ad docendū ⁊ legitimā fidē faciēdū ſe eiſdē litteris monitorijs
iuxta ⁊ ſcḋm earū formā ⁊ tenorē realiter ⁊ cū effectu paruiſſe/
obediuiſſe/⁊ obtēperaſſe/primo/ſecūdo/tertio/ac ꝓ prima/ſe
cūda/⁊ tertia dilationib⁹/⁊ deinde quarto ex abūdanti ad om
nē ipſorū duriciā ſeu maliciā cōuincendā/ ⁊ vltimo ad vidēdū
ſe excōis/ſuſpeñ/⁊ interdicti/aliaſqꝫ ſentētias/ cenſuras/ ⁊ pe
nas in p̄fatis litteris ap̄licis/ſtatutiſqꝫ ⁊ diffinitionib⁹ ordinis
cōtentas/ob ⁊ ꝓpter nō paritionē litterarū monitoriarū hmōi
incidiſſe ⁊ incurriſſe declarari. Sententiāqꝫ declaratoriā deſuꝑ
in ſcriptis ferri ⁊ ꝓmulgari/vel dicendū ⁊ cauſam ſi quā habe
ant allegandū/incidiſſe ⁊ incurriſſe declarari. Sententiāqꝫ de
claratoriā cōtra tales inobediētes ⁊ rebelles in ſcriptis ferri et
ꝓmulgari ipſe abbas monaſterij de. N. citari faciat. Et eoſdē

ſnobedientes ⁊ rebelles ſententias ⁊ cenſuras eccleſiaſticas in
eiſdē litteris monitorijs cōtentas/ob ⁊ ꝓpter nō paritionē ea-
rundē incidiſſe ⁊ incurriſſe ſentētialiter declaret/ac ſententiam
declaratoriā contra eoſdē inobedientes ⁊ rebelles in ſcriptis
ferat/⁊ ꝓmulget. Et deinde ſi opus fuerit ⁊ aliqui hm̄ōi ſentē-
tias ſuſtinendo nō paruerint ꝓut iuris fuerit iuxta dictarū lit-
terarū aplīcarū tenorē aduerſus eos ꝓcedat. Ceterū ꝓ cō
ſcientiarū ſecuritate p̄ſens generale capitulū eidē abbati mo-
naſterij de. N. auctoritatē ⁊ facultatē omnib⁹ ⁊ ſingulis p̄fatis
qui forte ꝓpter nō paritionē/ſeu in p̄miſſis quaſcū͂q; ſentētias
cenſuras/⁊ penas/ſeu aliquas earū incurrerint/quotiens reſi-
piſcētes ⁊ ordni obediētes ſe exhibuerint ſommas p̄ncipales
cū reſtis preditis ⁊ expeñ rationabilib⁹ pſoluerint mun⁹ abſo
lutionis cōferendi/⁊ cum eis ſup irregularitatib⁹ inde contrac
tis diſpēſandi cōcedit ⁊ idulget ſub dictis penis ⁊ cēſuris inhi-
bendo ne quicū͂q; p̄textu quarūcū͂q; pecunie ſommaꝝ ſibi aut
alteri ſeu cuicū͂q; monaſterio ꝑ ordinē vt p̄tendit debitarū ſeu
alias quicq; de ſommis p̄dictis cōtributionū ⁊ reſtarū retinere
ſeu ꝑ ſe vel aliū ſibi applicare/aut quōlibet alias q̄ vt p̄miſſum
eſt directe vel indirecte quacū͂q; via impedire p̄ſumat. Deniq;
ad vitandū errorē qui ſepe in recepta cōtributionū hm̄ōi circa
monetarū eſtimationē ſeu valorē in diuerſis regionib⁹ cōtin-
gere ſolet. Preſens generale capl̄m ꝓ pace filiorū ordinis edic
to firmiſſimo declarat/vt ꝑ libras in Francia Gallia Ciſalpina
intelligant̄ libre turoneñ/in Italia/ꝓuīcijs trāſalpinis/⁊ Un-
garia ducati/in tota Germania regniſq; ⁊ dominijs adiacenti-
bus floreni Reneñ/in Anglia/Scotia/⁊ Hybernia/Salucia in
Hyſpania/Portugallia. ⁊c. floreni Arragoneñ Preſenti cōmiſ
ſione quo ad ſupius noīatum cōmiſſariū ꝑ imediatū ſequēs tri
enniū dūtaxat in ſuo vigore duratuꝝ. Datū in diffinitorio no
ſtro Ciſtercieñ ſub appeñ ſigilli noſtri Anno menſe ⁊ die p̄dict̄.
Sequūtur nomina ⁊ quotte dictorū monaſterioꝝ.

Non ſolū autē premiſſa/ſūmi pontificis iuſſibus obtēpe
rans capituli generalis zelus ⁊ deuotio diffiniuit ⁊ ordinauit/

ſed ꝛ iuxta earundē litterarū apoſtolicarū preinſertarū mandatum ꝑ vniuerſam mundi latitudinē ꝓbos ꝛ religioſos deputauit viſitatores ꝛ reformatores ex abbatibꝰ ordinis diſtricta ſeueritate eis ꝑcipiendo vt tam apoſtolica ꝙ ordinis auctoritate vtriuſqꝫ ſexus monaſteria ꝛ loca ordinis indiſſimulāter viſitent ſimul ꝛ diligenter reforment/vitia expellēdo ꝛ extirpādo/virtutes ſcd̄m ſalutaria ordinis inſtituta reſtaurādo ꝛ nutriendo/ſacras patrū cerimonias in ſeruitio diuino clauſtraliqꝫ obſeruantia/ ꝛ omni alia cōuerſatione reparando/necnon cuncta ad ſacre religionis puritatē in capite ꝛ membris reſuſcitando/ſcholares idoneos cū debitis prouiſionibꝰ ad collegia vniuerſitatū iuxta dn̄i Benedicti pape. xij. reformationē tranſmitti faciendo. Et vt abbates capitulū generale frequentat precipiendo/ vt vel ſic cū diuino auxilio ſancta hec religio ad priſtinū ſanctimonie decus tandē reducatur.

Eiuſdē. Gratia ſpecialis ad dn̄m Ciſtercij ꝛ quattuor primas eius filias/ ꝙ ꝓ ordinis decore poſſint ꝑpetuis tēporibus in locis ordinis pallas altaris/queqꝫ ornamenta eccleſiaſtica/ corporalia/ vaſcula ad reponendū ſanctā eucariſtiā/ac imagines bn̄dicere/calices cōſecrare etiā vndecūqꝫ illa ad eos deferant̄/mitra/ānulo et alijs inſignijs pontificalibꝰ vti/benedictionē ſollēnē ad miſſas/veſperas/ ꝛ matutinas in locis ordinis/ ꝛ parrochialibꝰ eis ſubiectis/ſeruatis gradibꝰ ſuperioritatis inter eos/dare minores ordines ꝑ

ſonis ordinis ꝯferre. Altaria de nouo cõ
ſtructa / tranſlata / reſtaurata / aut mutata
in locis ordinis conſecrare / Recepto pri
us chriſmate ſacro ab aliquo antiſtite ca
tholico / ⁊ ſic vt videtur poſſunt aquã be-
nedictã ad hoc requiſitã (que gregoriana
dicitur) benedicere. Itẽ abbas Ciſtercij
quibuſcunq̃ monachis ſui ordinis / alij
vero quattuor ſuoꝝ monaſteriorũ religi
oſis idoneis / ſubdiaconatus ⁊ diacona-
tus ordines cõferre. Ipſiq̃ anteq̃ illuce-
ſcat dies (circa tñ diurnã lucẽ) miſſã ſine
culpa celebrare ac per aliũ celebrari face-
re pñt / id tñ parce fiat. Itẽ ꝓ conſeruatio
ne exemptionis ⁊ libertatis ordinis ab
epiſcopis ordinarijs qui ꝑtextu benedic
tionis nouorũ abbatũ ⁊ abbatiſſarũ iu-
riſdictionẽ vſurpare nõnunq̃ ꝑtendunt /
abbas Ciſtercij abbatibꝰ ⁊ abbatiſſis or
dinis huiuſmodi tanq̃ omnium eorum
pater munus benedictionis conferre po
teſt. Itẽ vidimus fides adhibeatur ſicut
originali. ⁊c. y 2

Innocentius Eṕs ſeru⁹ ſeruorum dei. Dilecto filio Johanni abbati monaſterij Ciſtercij Cabilonen̄ dioc. Salutē ⁊ ⁊ aplicam benedictionē. Expoſcit tue deuotiōis ſinceritas/ ⁊ religionis ꝓmeretur honeſtas vt tam te quē ſpeciali dilectione ꝓſeqmur/ q̄ꝫ tuū ⁊ alia quattuor p̄ncipalia tui Ciſtercien̄ ordinis monaſteria poſt ⁊ ꝑ dictū monaſteriū tuū imediate fundata/ primas quattuor illius filias nūcupata/ cōdignis honorib⁹ attollamus/ ac ſpecialibus fauoribus ⁊ gratijs ꝓſequamur. Cū itaqꝫ ſicut exhibita nobis nuper ꝑ parte tua petitio continebat ex priuilegijs et indultis aplicis tibi ⁊ aliorū quattuor monaſterioꝝ predictoꝝ abbatib⁹ ꝓ tempore exiſtētibus vt oēs ordines minores pſonis ordinis eiuſdē intra monaſteria p̄dicta cōferre/ ac pallas altaris/ ⁊ alia ornamēta eccleſiaſtica benedicere/ ac mitra ⁊ ānulo ⁊ alijs pontificalib⁹ inſignijs vti/ necnō in ipſis ⁊ alijs monaſterijs ⁊ prioratib⁹ illis ſubiectis/ ac parrochialib⁹ ⁊ alijs eccleſijs ad eos cōmuniter vel diuiſim ptinentibus q̄uis eis pleno iure nō ſubeſſent/ benedictionē ſolennē poſt miſſarū veſperaꝝ ⁊ matutinarū ſollēnia/ dūmodo in benedictione hmōi aliquis antiſtes/ vel aplice ſedis legatus p̄ſens nō foret/ elargiri ac eccleſias ⁊ monaſteria dicti ordinis quotiens foret oportunū/ dūmodo ex homicidio illa polluta nō forent recōciliare/ aqua prius ꝑ aliquē catholicū antiſtitē vt moris eſt benedicta obtenta valerent/ diuerſis vicib⁹ ac partibus quādoqꝫ ſigillatim/ q̄nqꝫ ſimul ꝓut ipſa priuilegia edocent cōceſſum fuerit/ ⁊ ab aliquibus heſitetur an tu ⁊ dicti abbates pallas ⁊ alia ornamēta huiuſmodi extra ipſius ordinis monaſteria/ ⁊ etiā illa que ad monaſteria ⁊ loca dicti ordinis nō ſpectarent/ ⁊ an poſſint in quibuſlibet alijs monaſterijs ⁊ locis dicti ordinis vtriuſqꝫ ſex⁹ benedicere/ licet abbates p̄ceſſores a tanto tēpore citra cuius contrarij hoim memoria non exiſtit p̄miſſa omnia ſeu maiorē partem facere cōſueuerint/ Nos qui ordinē ipm̄ p̄ ceteris in viſceribus gerimus caritatis/ ⁊ illū intendim⁹ nō minoribus gratijs

⁊ priuilegijs quā p̄decesſores nr̄i fecerint decorare/tuis in hac
parte ſupplicationibꝰ inclinati/tibi ⁊ ſucceſſoribꝰ tuis/ac dictis
abbatibꝰ aliorū quattuor monaſteriorū p̄dictorū nunc ⁊ ꝓ tē-
pore exiſtentibus/vt de cetero ꝑpetuis futuris tēporibus pre-
dicta ⁊ quecunqꝫ alia veſtimēta/ac ornamenta eccleſiaſtica/cor
poralibus/vaſculiſqꝫ ad reponēdū ſacrā eucbariſtiā/ ac imagi
nibꝰ q̄buſlibet cōprehenſis/in locis ⁊ domibꝰ dicti ordinis bn̄-
dicere/⁊ calices cōſecrare/tā de dicto ordine q̄ſi ad vos aliūde
nōnūqꝫ deferantur/ac altaria d̄ nouo ꝯſtructa/ſeu trāſlata/reſtau
rata/aut mutata ita i q̄buſlibet locis dicti ordinis chriſmate ſacro
priꝰ ab aliq̄ catholico antiſtite recepto ꝯſecrare/⁊ etiā bn̄dictio
nē ſollennē poſt miſſarū/veſperarū/⁊ matutinarū ſollennia in
quibuſlibet monaſterijs/domibꝰ atqꝫ locis dicti ordinis vtri-
uſqꝫ ſexus ſeruatis gradibus ſuperioritatis inter vos elargiri/
ac ne monachi dicti ordinis ꝓ ſuſcipiēdis ſubdiaconatꝰ ⁊ dia-
conatus ordinibus extra clauſtrū hincinde diſcurrere cogantur/
tibi ⁊ ſucceſſoribꝰ tuis vt quibuſcūqꝫ dicti ordinis monachis/
alijs vero quattuor abbatibus p̄fatis/ac eorum ſucceſſoribus
vt ſuorum monaſteriorum p̄dictorū religioſis quos ad id idoneos
repereritis/ſubdiaconatꝰ ⁊ diaconatꝰ ordines hmōi alias rite
cōferre/Ac cū negociorū qualitas ꝓ tēpore ingruentiū id exe-
gerit anq̄ illuceſcat dies/circa tamē diurnā lucē/ ita q̄d id nec
vobis nec ſacerdoti taliter in p̄ſentia veſtra celebranti ad cul-
pam valeat imputari/miſſam in veſtra ⁊ cuiuſlibet veſtrum/ac
familiariū veſtrorū vobiſcū p̄ſentia ꝑ voſmetipſos miſſam ce-
lebrare ⁊ ꝑ aliū ſacerdotē idoneum facere celebrari. Et q2 inter
dū ꝓpter munus benedictionis quod ꝑ ep̄os/abbatibꝰ/ ⁊ ab-
batiſſis dicti ordinis impenditur cōtentiones ac priuilegiorū or-
dinis veſtri leſiones oriuntur ſub eo pretextu q̄d ep̄i p̄fati ex im-
penſione muneris hmōi p̄tendunt aliquā poſtmodū in eos et
eorū monaſteria/iuriſdictionē/⁊ ſuperioritatē cōtra dicti ordi-
nis veſtri priuilegia habere/tibi ⁊ ſucceſſoribꝰ tuis p̄dictis dū-
taxat/vt munus benedictionis hmōi quibuſcūqꝫ dicti ordinis
abbatibus ⁊ abbatiſſis impendere/ac abbatibus ⁊ abbatiſſis
predictis vt dictum munus a te ⁊ ſucceſſoribus tuis p̄fatis re-

cipere libere ac licite poſſitis ⁊ poſſint auctoritate apoſtolica et ex certa ſcientia tenore preſentiū de ſpecialis dono gratie idulgemus. Non obſtantibus cōſtitutiōibus ⁊ ordinationib⁹ apoſtolicis/necnō omnibus illis que in litteris priuilegiorum ⁊ indultorū huiuſmodi conceſſum eſt nō obſtare/ceteriſq; contrarijs quibuſcūq;. Prouiſo qđ huiuſmodi cōceſſione ante diem celebrandi ſeu celebrari faciendi parce vtamini/ quia cū in altaris officio imoletur dn̄s noſter dei filius Jeſus chriſtus qui candor eſt lucis eterne/cōgruit hoc nō noctis tenebris fieri ſed in luce. Uerum quia difficile foret p̄ſentes litteras ad ſingula queq; loca in quibus expediens fuerit deferre volumus ⁊ prefata auctoritate decernimus qđ illarū transumptis manu publici notarij inde rogati ſubſcriptis/⁊ ſigillo tuo aut alicui⁹ curie eccleſiaſtice/ſeu pſone in eccleſiaſtica dignitate cōſtitute munitis/ea prorſus fides indubia adhibeat̄ que preſentib⁹ adhiberetur ſi eſſent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtre cōceſſionis/volūtatis/⁊ conſtitutionis infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/ac beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Datū Rome apud ſanctū Petrū. Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringēteſimo octuageſimonono. v. Jdus Aprilis. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Eiuſdem motu ꝓprio. ⁊c. Qꝫ monaſteria ordinis dominis cardinalibus cōmendata plenarie tenentur ad ſolutionē contributionū ⁊ caritatiuorū ſubſidiorum ſicut alia monaſteria ꝓprios abbates habentia. Qꝫ ſupiores ordinis poſſunt p cēſuras compellere ꝓcuratores /vicarios/ ⁊ factores eorundē dominoꝝ cardinaliū

in dictis monaſterijs nomine ipſorū. d.
cardinaliū ad ſolutionē huiuſmodi cōtri
butionū ⁊ ſubſidiorū caritatiuorum iux
ta tenorē litterarum domini Sixti p̄de-
ceſſoris ſui ſuper hoc expeditarum. De
tranſumpto. ⁊c̄.

INnocentius Epūs ſeruus ſer-
uorum dei. Ad p̄-
petuam rei memoriā. Dum ad fructus vberes
quos ſacer ordo Ciſtercieñ in agro militantis
eccleſie diuina ordinatione plantat⁹ p̄ducere
nō ceſſat noſtre cōſideratōis intuitū dirigim⁹/
⁊ intra noſtri pectoris archana reuoluim⁹ q̄d ꝑ
illius fructuoſos palmites ſacroſancta eccleſia
nō mediocriter decoratur/ ⁊ catholica fides cōtinue exaltat̄/ di-
gnū imo debitum reputamus vt ordo ipſe illiuſq̄ perſone ſtu-
dijs virtutum ⁊ ſacris litteris inſiſtentes ꝑ noſtre prouiſionis
auxilium in ſuis oportunitatibus cōpetens ſuſcipiant releua-
men. Sane accepimus q̄d licet per ſtatuta ipſius ordinis/ etiā
per ſedem apoſtolicā confirmata fuerit olim prouide ⁊ lauda-
biliter ordinatū/ quod tā pro expenſis capituli generalis ipſi-
us ordinis quod in monaſterio Ciſtercieñ Cabiloneñ dioceſis
annis ſingulis celebrari conſueuit/ quam ſuſtentatione perſo-
narum dicti ordinis ac quā plurimorū monachorum dicti ordi
nis qui ad diuerſas vniuerſitates ſtudiorū generaliū ꝑ eorum
ſuperiores frequenter mittūtur/ necnō ſtipendijs rectoꝝ ⁊ ma-
giſtroꝝ/ ac varijs alijs onerib⁹ dicti ordīs ſupportādis ſingula
ipſi⁹ ordinis monaſteria certā taxā moderatā cōtributionē ap-
pellatā ſoluerēt/ ⁊ tēporibus quib⁹ taxa hmōi impoſita fuit or
do ipſe inter ceteros approbatos ordines tam in diuinorū cele-
bratione q̄ regulari obſeruātia/ ⁊ viris ſacrarū litterarū ſciētia

p̄dictis floruerit/tn̄ poſtq̄ nōnulla ipſius ordinis monaſteria
in cōmendā cōceſſa fuerunt/quia illorū cōmendatarij p̄tenden
tes ſe diuerſis exquiſitis vijs patribus religionis nō fore ſub-
iectos/⁊ ab huiuſmodi cōtributionib⁹ ac caritatiuis ſubſidijs
exemptos eſſe/⁊ p̱ ſtatuta ordinis ad id cōpelli non poſſe/ cōtri
butiones ⁊ ſubſidia hm̄oi illarūq̄ arreragia ſoluere recuſarūt.
Unde ordo ipſe multis debitorū oneribus grauat⁹ exiſtit/mul
taq̄ exinde dāna ⁊ diſpendia ſuſtinuit ⁊ ſuſtinet de preſenti/in
ei⁹ graue preiudiciū pariter ⁊ iacturā. Et q̄uis felicis recorda-
tionis Sixtus papa .iiij. p̄deceſſor noſter huic morbo congruā
medelā adhibere cupiens omnes ⁊ ſingulas pſonas cuiuſcūq̄
dignitatis/ſtat⁹/gradus/vel cōditionis forent ſub certis tunc
expreſſis penis p̱ ſuas litteras monuerit ⁊ mandauerit eiſdem
vt cōtributiones ⁊ ſubſidia p̄dicta tā de preteritis q̄ de futuro
tēporibus pſoluerent/nihilominus monitis ⁊ mandatū hm̄oi
paruū hactenus eidem ordini fructum attulerunt/ precipue q2
nonnulli ex venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romañ ec
cleſie cardinalibus aliqua ipſius ordinis monaſteria in cōmen
dam obtinent/⁊ de illis in litteris Sixti predeceſſoris huiuſmo
di nō fuit facta mētis ſpecialis. Nos igitur ipſius ordinis: quē
in viſceribus caritatis ſpecialiter gerimus neceſſitatibus quā-
tum nobis ex alto cōceditur ꝓuidere cupientes/motu proprio
nō ad alicuius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiā ſed
de noſtra mera voluntate/auctoritate apl̄ica tenore preſentiū
decernimus ⁊ declaramus omnia ⁊ ſingula monaſteria ⁊ alia
loca dicti ordinis que predicti ⁊ qui ꝓ tempore fuerunt eiuſdē
Romañ eccleſie cardinales in cōmendam huiuſmodi obtinēt
⁊ in poſterū obtinebunt/ad ſolutionē contributionū ⁊ etiā ca-
ritatiuorū ſubſidiorum huiuſmodi quēadmodū monaſteria ꝓ-
prios abbates habētia fore efficaciter obligata/ac ſuperiores
dicti ordinis ad quos id pertinet/⁊ in futurū pertinebit procu-
ratores/ vicarios/⁊ factores eorūdē cardinaliū in dictis mona
ſterijs ꝓ tempore deputatos ad ſolutionē contributionū hu-
iuſmodi nomine eorundē cardinaliū prefato ordini faciendam
iuxta tenorē litterarum Sixti predeceſſoris huiuſmodi compel

lere poſſe ⁊ debere. Non obſtantibus cõſtitutionibꝰ ⁊ ordina-
tionibus apoſtolicis/ac quibuſuis priuilegiis/indultis/ ⁊ litte
ris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus ſub quibuſuis for-
mis ⁊ expreſſionibꝰ verborũ/ac cum quibuſuis clauſulis etiã
derogatoriarũ derogatoriis a nobis vel ſede predicta ꝓ tem-
pore emanatis/ceteriſqꝫ cõtrariis quibuſcunqꝫ. Et quia diffici
le foret preſentes litteras ad ſingula loca in quibus illas opus
fuerit deferri/volumus ⁊ dicta auctoritate decernimus qđ trã
ſumptis earundẽ preſentiũ manu alicuius notarii publici ſub
ſcriptis/⁊ ſigillo alicuius epiſcopi/vel alterius p̃lati eccleſiaſti-
ci/ſeu alterius perſone in dignitate eccleſiaſtica cõſtitute muni
tis plena fides vbiqꝫ adhibeatur/⁊ illis tam in iudicio q̃ꝫ extra
illud vbicũqꝫ exhibita fuerint vel oſtenſa firmiter ſtetur in om-
nibus ⁊ per omnia ſicut eiſdem p̃ſentibus ſtaretur ſi forent ori
ginaliter exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominũ lice
at hanc paginã noſtre conſtitutionis/declarationis/ volunta-
tis ⁊ decreti infringere/vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis
autẽ hoc attemptare preſumpſerit/indignationẽ omnipoten-
tis dei/ac beatorũ Petri ⁊ Pauli apoſtolorũ eius ſe nouerit in
curſurum. Datũ Rome apud ſanctũ Petrum. Anno incarna-
tionis dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo
ſeptimo. vi. kl. Ianuarii. Pontificatus noſtri Anno quarto.

Iſte bonus pontifex Innocentius papa. viii. in vno co-
dice ſub plumbo ⁊ filis de ſerico cuius exordiũ incipit/Regimi
ni vniuerſalis eccleſie/confirmat de verbo ad verbũ priuilegia
que ſequuntur/videlicet domini Sixti pape. iiii. quod incipit/
Regimini vniuerſalis eccleſie/vbi cõtinetur priuilegiũ domi-
ni Iohannis pape xxiii. quod incipit/Ad ſalutare/ ⁊ iam fuit
confirmatũ per Nicolaum. v. ⁊ Pium. ii. ſup monaſteriis non
cõmendandis. Et ibi etiam ꝯfirmatur priuilegiũ domini Cali
ſti pape. iii. quod incipit/Ad vberes fructus/ valde expreſſum
de eadem materia. Itẽ priuilegiũ eiuſdẽ Sixti/incipiens Ro-
manus pontifex ſup eo ꝙ poſt ceſſum vel deceſſum cõmenda-
tariorũ monaſteria redeunt integraliter ad diſpoſitionem ordi

nis/ac ſi nō fuiſſent cōmendata. Et q̧ p⁹ deceſſū illoꝝ qb⁹ pē-ſiones fuerant aſſignate ſup monaſterijs oīno extinguunt. Itē in eodē codice ↄfirmatur priuilegiū declarationis p̄fati Sixti/ qđ incipit/Decens reputamus/de quo ſuo loco ſatꝰ dictū eſt.

Item confirmat ꝛ innouat priuilegiū ampliſſimū dñi Sixti pape. iiij. qđ incipit/Cura noſtra in varijs rebus ꝑ bullam ex-preſſam/que incipit/Ex apoſtolice ſedis ꝓuiſiōe. Et in fine ad dit iſtam clauſulā/cōmendatarios/necnō monaſteria ꝛ loca di cti ordinis in cōmendā obtinentes/ꝛ alias pſonas in eiſdē lit-teris exp̄ſſas ad cōplementū obſeruationē ꝛ exhibitionē carita tiuoꝝ ſubſidiorum ꝛ cōtributionū/ꝛ omniū ꝛ ſingulorū alioꝝ in eiſdē litteris cōtentorū ſub ſentētijs/cenſuris/ꝛ penis in eiſ dem litteris contentis alias iuxta aliarū litterarū tenorē atq̧ formā teneri/ꝛ obligatos fore decernimus ꝛ declaram⁹. Uide optime textū Sixti/quia difficile eſt cūcta ſufficienter in ſūma rio explicare.

Itē ꝑ bullā exp̄ſſam/que incipit/Roman⁹ pontifex caſſat ꝛ reuocat q̄ſdē cōceſſiones dudū ab ipo ꝛ a dño Sixto extortas per religioſos de Carauall e Mediolaneñ/ꝛ de Septimo ꝓpe Florentiā/q̄ nouaꝝ rerū molitores effici volētes exq̄ſitis fauo rib⁹ diligētijs ꝛ munerib⁹ obtinuerāt ptātē faciēdi quaſdā cō-gregationes/celebrādi ſibi capl'a gn̄alia/cōdendi diffinitiōes ꝛ ſtatuta/ꝛ q̧ ꝑ nullū aliū de ordine niſi ꝑ dñm Ciſtercij viſita-ri poſſent/ꝛ multa alia/ꝛ in effectu q̄rebāt oīno ab ordinis vni tate ꝛ iuriſdictione eximi/ꝛ de ordine nihil p̄ter ſolū nomē re-tinere. Aduerſus quoꝝ nouitates incredibili labore/ꝛ expen-ſa plurima ꝓceſſū eſt vt hec oīa caſſarent. Cui⁹ bulla ꝓpter ni miā ꝓlixitatē hic nō inſerit/ſed in Ciſtercio cū ceteris ſeruat.

Eiuſdē. Reuocatio ſeu limitatio ptātis viſitādi ꝛ reformādi ordines Cluniaceñ Ciſtercieñ premonſtrateñ ꝛ reliquos in

regno anglie dudum domino archiep̄o
Cantuarieñ concesse/ſibi ꝑ litteras p̄ſen-
tes mandañ vt ad viſitationes/reforma-
tiones/ ⁊ correctiones huiuſmodi in om
nibus ⁊ ꝑ omnia/ exceptis dumtaxat mo
naſterijs ⁊ religioſis locis ac ꝑſonis or-
dinis Ciſtercieñ / ꝓcedat.

INnocentius Ep̄us ſeruus ſer-
uorū dei. Uene-
rabili fratri archiep̄o Cantuarieñ. Salutem et
ap̄licam benedictionē. Ut ea que ꝓ monaſte-
riorū ⁊ aliorū religioſorū locoꝝ quorūlibet re-
formatioñ ⁊ directioñ ꝑ nos ꝓuide conceſſa fu
erūt debitū/quibuſuis ſublatis impedimētis
ſortiātur effectū/libenter cū a nobis petit̄ in-
terponimus ſollicitudinis noſtre partes. Dudū ſiquidē ad au
dientiā noſtrā nōnulloꝝ fidedignoꝝ relatiōe deducto q̄ꝺ licet
retroact̄ tēporib⁹ diuerſa monaſteria ⁊ alia religioſa loca Clu
niaceñ Ciſtercieñ ⁊ premōſtrateñ ac aliorū ordinū diuerſorū in
regno Anglie ꝑ clare memorie dicti regni Reges qui ꝓ tēpore
fuerant alioſq; nobiles ⁊ incolas regni p̄dicti ex eorum pia ad
dictos ordines deuotione de ꝓprijs eorū bonis vt in illis ve-
ra vigeret religio ⁊ nomē altiſſimi ad cuius gloriā ⁊ honorē in-
ſtituta fuerāt debite laudaret̄ fundata ⁊ dotata fuiſſent/ac p⁹
hm̄ōi fundationes in aliquibus eorū a monachis ceteriſq; reli
gioſis in illis degentibus obſeruātia fuiſſet aliq̄diu obſerua-
ta/tamen a nōnullis temporibus citra/a dilectis filijs abbati-
bus ⁊ monachis ceteriſq; religioſis monaſteriorum ⁊ locorum
ordinum predictorum in tuis ciuitate et dioceſi /ac prouincia
Cantuarieñ cōſiſtentium paulatim viuendi modū ⁊ normam
relaxantibus/ ⁊ ſuaui cōtemplationis iugo ſepoſito in eis re-

gularis obſeruantia tepuerat/ τ nō modo priſtina viuendi nor
ma relicta fuerit/ſed etiā in quibuſdā ex eis illorū perſone ſe in
reprobū ſenſum dantes dei timore poſtpoſito vitam laſciuam
duxerant τ nimiū diſſolutā/in animarū ſuarū perniciem/ diui-
ne maieſtatis offenſam/religionis opprobriū/malūq; exemplū
τ ſcandalum plurimorū. Nos ad humilē cariſſimi in chriſto fi-
lij noſtri Heinrici. vij. dicti regni regis illuſtris ſupplicationē in-
ſtantiā fraternitati tue alijs noſtris dedimus litteris in māda-
tis vt omnes τ ſingulos ſuperiores monaſteriorū τ locorū pre-
dictorū in tuis ciuitate τ dioceſi ac prouincia p̄dictis cōſiſtentiū
videlicet generales aut p̄ſidentes/vel patres abbates vbicun
q; conſiſteñ vt infra certum competeñ terminū p te eis prefigē-
dum monaſteria τ loca predicta viſitare ſeu p alios dictorū or-
dinum religioſos ad id idoneos τ deū timentes viſitari facere
τ tam in capitibus q̄ in mēbris ac ſpiritualib⁹ τ temporalib⁹ re
formare τ ad veram normā ac regulā predictorū ordinū iuxta
illorū laudabilia ordinationes τ inſtituta omni dilatione τ ex-
ceptione ceſſantibus reducere/ vbi vero ſupiores nō forent ab
bates/priores/τ alios prelatos monaſteriorū τ locorū p̄dicto-
rū vt infra dictū terminū circa huiuſmodi reformationē cū effe
ctu intendere ſeq; ipſos reformare τ alia p̄miſſa facere oīno de
berent atq; curarent auctoritate noſtra moneres/eiſq; manda
res/qđ ſi facere contēnerent tu ad omnia τ ſingula monaſteria
τ religioſa loca in ciuitate τ dioc̄ ac prouincia tua prefatis conſi
ſtentia pſonaliter accederes/τ ſolum deū p̄ oculis habens illa
τ eorū ſingula tam in capitib⁹ q̄ membris ac ſpiritualib⁹ τ tē-
poralibus totiens quotiens tibi oportunū viſum foret viſita-
res aut alijs occupatus per alios idoneos quos ad id duceres
eligendos viſitari faceres/ac omnia τ ſingula que in illis tam
in capitibus q̄ membris ac ſpiritualib⁹ τ tēporalibus eiſdem
reformationis τ correctionis miniſterio reperirentur indigere
prout tibi τ a te deputandis ſcđm deum ac canonicas ſanctio-
nes τ regularium dictorum ordinum inſtituta expedire vide-
retur reformare/corrigere/et emendare/ ac nonnulla alia tunc
expreſſa facere curares prout in eiſdē litteris plenius cōtinet.

Cũ autē ſicut exhibita nobis nuper ꝓ parte tua petitio cōtine-
bat/licet dicti ſuperiores generales ⁊ preſidētes ꝑ te ad p̄miſſa
infra cōpetentem terminũ ꝑagenda vigore litteraꝝ p̄dictarum
moniti ⁊ debite requiſiti fuerint tñ ipſi monitiones ⁊ requiſiti-
ones hmōi paruipēdentes ſe ac monaſteria ⁊ religioſa loca p̄-
dicta reformare corrigere/⁊ ad regularē obſeruātiā hmōi redu-
cere nō curauerint/⁊ ꝓpterea neceſſe tibi fuerit vt nō ſine gra-
uibus laboribus ⁊ expeñ aliquādo ꝑ teipſum ꝑſonaliter ad di-
uerſa monaſteria ⁊ religioſa loca hmōi ꝓ p̄miſſis acceſſeris et
alias ꝑſonas idoneas ⁊ ſufficieñ miſerꝭ ac q̄plurima viſitauerꝭ
correxeris/⁊ ad obſeruantiā regularē reduxeris ⁊ iam ꝑſone in
illis degeñ honeſte ⁊ laudabilitꝰ ac ī pace ⁊ quiete ſub hmōi ob-
ſeruantia viuere ceperint ⁊ viuant de p̄ſenti ⁊ cũ ſucceſſiue ad
reformationē ⁊ correctionē criminũ ⁊ exceſſuũ iuſticia ſuaden-
te monachorũ quorundā monaſteriorũ ⁊ p̄ſertim ſancti Alba-
ni.⁊ ꝑ priorē ſoliti gubernari ſancti Andree iuxta Northinpton
Lincolineñ diocꝭ ſancti Benedicti ⁊ Cluniaceñ ordinũ ꝓcede-
re intendeñ/dilecti filij abbas ⁊ cōuentus ſancti Albani tam ꝓ
ſe q̄ cellis ſibi vt p̄tenditꝰ ſubiectis ſub eo p̄textu ꝙ aſſerunt cer-
ta priuilegia ⁊ indulta monaſterio ⁊ cellis p̄dictis ac illorũ mo-
nachis quibus caueri dicitꝰ expreſſe qđ ꝑ aliũ q̄ ſedis aplice le-
gatũ de latere viſitari ſeu corrigi nō poſſint dudũ ꝑ ſedē aplī-
cam cōceſſa/⁊ ꝑ nos poſt facultatē tibi cōceſſam hmōi in gene-
re vel ſpecie vt dicitur cōfirmata/⁊ forſan de nouo cōceſſa/nec
nō Thomas ſulburij/prior ſancti andree monaſteriorũ predic-
torũ qui illius bona quaſi cōſumpſit ꝑ te viſitari recuſauerint/
⁊ a dicta viſitatione ⁊ reformatione ad ſedē predictā appellaue-
rint/Noſq; appellationũ predictarũ ⁊ cauſas dilectis filijs ma-
giſtris Hieronymo de Portarijs ⁊ Franciſco Breuio capella-
nis noſtris ⁊ cauſarũ Palacij aplici auditoribꝰ audiendũ com-
miſerimus ⁊ fine debito terminandũ/ac cōuentus dicti mona-
ſterij ſancti Andree viſitationē/reformationē/⁊ correctionē huiuſ-
modi deſiderent ⁊ veriſimiliter dubitari poſſit ne hmōi exēplo
q̄plura alia monaſteria ⁊ loca exempla predictorũ ⁊ aliorũ or-
dinũ quorũcunq; ſub p̄textu etiā ſimiliũ cōfirmationũ ⁊ aliorũ

forſan eis cōceſſorũ vel cōcedendorũ priuilegiorũ viſitari/ cor-
rigi/ ⁊ reformari recuſent in nō modicũ dictorũ monaſteriorũ ⁊
locorũ p̄iudiciũ ac ruinā ⁊ deſolationē ꝓ parte tua nobis fuit
hũiliter ſupplicatũ vt in p̄miſſis oportune ꝓuidere de benigni-
tate ap̄lica dignaremur. Nos igit̄ qui ſtatũ monaſteriorũ ⁊ re-
ligioſorũ locoꝝ oīm in melius dirigi ⁊ reformari noſtris potiſſi
me tēporib⁹ ſupremis deſideramus affectibus/ ſtatũ ⁊ merita
cauſaꝝ hmōi p̄ſentibus ꝓ expſſis habētes illaſq; ad nos harũ
ſerie aduocañ ⁊ lites p̄dictas penitus extingueñ hmōi ſupplica-
tionib⁹ inclinati/ necnō cōſideratioñ p̄fati regis etiā nobis ſuꝑ
hoc hũiliter ſupplicantis fraternitatati tue ꝑ ap̄lica ſcripta mā-
damus vt ad viſitationes/ reformationes/ ⁊ correctiōes hmōi
monaſterijs ⁊ religioſis locis ac pſoniſ/ dicti Ciſtercieñ ordinis
dũtaxat exceptis /alias in omnibuſ ⁊ ꝑ omnia iuxta litterarum
p̄dictarũ continentiā ⁊ tenorem quibuſuis appellationib⁹ hac-
tenus interpoſitis ſeu forſan interponēdis nō obſtañ libere ꝓ
cedas ac ea que deſuper decreueris ⁊ ordinaueris firmiter faci-
as obſeruari/ inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bra-
chij ſecularis. Non obſtañ p̄miſſis ac apoſtolicis necnon bone
memorie Ottonis ⁊ ottoboni olim in dicto regno eiuſdem ſe-
dis legatorũ in ꝓuincialibus quoq; ⁊ ſinodalib⁹ concilijs edi-
tis generalibus vel ſpecialib⁹ conſtitutioñ ⁊ ordinationib⁹ /ac
priuilegijs ⁊ indultis predictis hactenus etiam ſub quibuſuis
verborũ formis ⁊ clauſulis etiā derogatorijs/ fortiorib⁹/ effica
cioribus/ ⁊ inſolitis vt p̄fertur cōceſſis ⁊ concedendũ in poſte-
rum quibus omnib⁹ etiam ſi de illis eorũq; totis tenoribus ꝑ
illorum ſufficienti derogatione ſpecialis ſpecifica expſſa ⁊ indi
uidua nō autem ꝑ generales clauſulas id importañ mētio ſeu
queuis alia expreſſio habenda foret tenores huiuſmodi p̄ſen-
tibus ꝓ ſufficienter expreſſis habētes hac vice dumtaxat ſpe-
cialiter ⁊ expreſſe derogamus ſtatutis quoq; ⁊ ꝯſuetudinibus
monaſteriorũ ⁊ ordinum predictorũ iuramento confirmatione
apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis/ necnon omni-
bus illis que in litteris p̄dictis voluimus non obſtare ceteriſq;
cōtrarijs quibuſcũq;. Datum Rome apud ſanctũ Petrũ An-

no incarnationis dominice Millesimo quadringenteſimo nonageſimo. iij. kl. Auguſti. Pontificat⁹ noſtri Anno ſexto.

Eiuſdem domini Innocētij breue ſub annulo piſcatoris per quod ad inſtantiam abbatis Ciſtercij quē ordinis generalem nominat/ pro ſecuritate conſcientiarum declarat: ſentētias cenſuras ⁊ penas poſitas in bulla precedēti ſup reformatione ordinis nō ligare niſi negligentes/rebelles/ ⁊ reformationē impedientes aut retardantes/ Et nihilominus p̄cipit capitulo generali q̄ ſingulis annis deputēt viſitatores ⁊ reformatores monaſteriorū viros doctos/in ſtatutiſ ⁊ cerimonijs ordinis inſtructos/qui per ſe officiū exercere ſciant/vt ⁊ omnia vniformiter obſeruētur ſicut in Ciſtercio/ ⁊ de omnibus informent ſequens capitulū generale/ ſic prudenter, puidendo q̄ neqȝ ipſi viſitatores neqȝ viſitati propterea grauentur. Quomodo capitulum generale per vicinos ⁊ remotos abbates frequentari debeat. Quī abbates non ducant comitiuam per quā ordo in expēſis grauetur/ſed ſolum

ſcḋm formā ordinis/vbi benedictina eſſet videnda. Ut ordinis debita ſoluant̃. Ut credāt dicendis ꝑ abbatē Ciſtercij ex parte ſua/multa bn̄ficia ꝓmitten̄. Ut collegia ſtudentibꝰ multiplicent̃ ⁊ ſcholares idonei vſqȝ ad gradū interteneant̃/ valde benigne hortādo vt hec omnia obſeruentur. Et ſi p̄dicta nō adimpleāt ꝙ abbas Ciſtercij etiā ap̄lica auctoritate hec omnia ordinare p̄cipere ⁊ mādare poterit ⁊ debeat. Uide textū multū pregnātē/ qꝛ ſufficiēter in ſūmario explicari nō poſſet/⁊ tamē plurimū ordini ſeruit.

Innocentius papa. viij.

Dilectis filijs Capl̄i gn̄alis Ciſtercien̄ ordis diffinitoribꝰ.

Dilecti filij Salutē et ap̄licam benedictionē. Accepimꝰ litteras veſtras ꝑ dilectū filiū Johannē abbatē monaſterij Ciſtercij Cabilonen̄ dioc̄/ordinis generalē/et intelleximꝰ oīa que nomine veſtro expoſuit/que nobis gratiſſima fuere/ipſumqȝ abbatē ꝓpter eiꝰ ſingulares virtutes/ doctrinā/ et p̄clara merita libēter vidimus. Et quia inter cetera nobis expoſuit vos paratos eſſe litteris noſtris ſuꝑ viſitatione et reformatione monaſteriorū dicti ordinis annis ſingulis facienda emanatis obtēperare/deuotionē veſtrā plurimū in dn̄o cōmendamus. Uerū quia forſan cōtingere poſſet/ ꝙ aliqua ex monaſterijs et locis dicti ordinis ꝓpter aliqua impedimēta/et aliquorū reſiſtentiā viſitare nō poſſetis/ſecuritati cōſcientiarū veſtrarum cōſulere

volentes declaamus ſentẽtias/cenſuras/⁊ penas in dictis lit
teris cõtentas iõ ligare niſi negligentes/rebelles/⁊ hm̃oi viſi-
tationẽ ⁊ reformationẽ impedientes/aut retardantes/diſtricte
vobis in virtute ſancte obedientie ꝑcipiendo mandãtes vt de
cetero ſingulis annis ad deputationẽ viſitatorũ ⁊ reformatoꝝ
hm̃oi/q̃ ſint viri docti/⁊ in ſtatutis diffinitionibꝰ ⁊ cerimonijs
dicti ordinis optime inſtructi ⁊ experti/⁊ qui verbo ⁊ exemplo
ꝑ ſeipſos hm̃oi viſitationis officiũ exercere ſciant ⁊ valeant/ac
in dictis monaſterijs vera dicti ordinis inſtituta/ritus/ ⁊ mo-
res ꝓut in dicto monaſterio Ciſtercij obſeruat̃/introducãt/in-
tendere debeatis. Quiquidẽ viſitatores de ſingulis ꝑ eos ge-
ſtis generale capitulũ qḋ deinde de ꝓximo celebrabit̃ informa
re teneant̃. Volumꝰ res ⁊ negocia dicti ordinis ſic diſcrete ⁊ ꝓui-
de diſponatis ꝙ in hm̃oi viſitationibꝰ nec viſitatores nec eoꝝ
monaſteria in hm̃oi officij adminiſtratione ⁊ executiõe expẽſis
ꝯguent̃/nec ipſi viſitatores monaſterijs ⁊ locis ꝑ eos viſitatis ꝯ
rationẽ ⁊ dicti ordinis inſtituta ſint oneroſi/etiam ſi de cõibus
dicti ordinis ꝯtributionibꝰ id facere ⁊ diſponere deberetis/ ad
laudabiles aliorũ ordinũ in hm̃oi viſitationibꝰ cõſuetudines
ſi opus fuerit debitũ habẽdo reſpectũ/Et ſi capitulũ generale
tunc ꝓxime celebrandũ debitã ꝓuiſionẽ deſuꝑ nõ apponeret/ꝓ
fatus Johannes ⁊ ꝓ tẽpore exiſtens dicti monaſterij Ciſtercij
abbas auctoritate apl̃ica ſub penis de quibꝰ ſibi videbit̃ ꝓui-
deat/ volentes etiã ꝙ ſuꝑ modo generale capitulũ frequẽtandi
iuxta dicti ordinis inſtituta taliter ꝓuideatis/ꝙ in decenti ⁊ cõ
petenti numero abbatũ tã ꝓpinquorũ q̃ꝫ diſtantiũ monaſteri-
orũ celebret̃/ Ita tñ ꝙ abbates nimiũ diſtantes vltra modũ nõ
grauent̃/ ⁊ vicini qui ceſſante impedimento legitimo accedere
cõtempſerint debite puniãtur. Volumꝰ abbates ad dictũ capitu
lũ accedẽtes comitiuã vltra q̃ꝫ iuxta dicti ordinis inſtituta de-
ceat/ſecũ nõ ducant/⁊ dictũ capitulũ generale indebitis ⁊ ſuꝑ-
fluis expenſis nõ grauet̃. Volumꝰ vniuerſa dicti ordinis debita
ꝑſoluantur/⁊ abſoluãtur/ne dictus ordo in dies grauiora ꝓp-
terea ſubeat detrimẽta. Suꝑ q̈bus oibꝰ ⁊ ſingulis vobis tã ꝑ
cenſuras eccleſiaſticas q̃ꝫ alijs de quibꝰ vobis viſum fuerit ex-

pedire remediis ꝓuidendi/plenã liberã/ et omnimodã variũ ſe-
rie cõcedimus facultatẽ. Et inſup eidẽ abbati Ciſtercij nõnul-
la dictũ ordinẽ tangẽtia vobis nomine noſtro referenda cõmi-
ſimus. Dabitis eni ſibi in his exponẽdis plenã/ et indubiã fidẽ/
ac illa omnia exequi et adimplere curabitis. Nos aũt qui ſemꝑ
etiã ab ineũte etate/ et dũ in minorib⁹ cõſtituti eramus ordinẽ
veſtrũ quadã ſingulari et peculiari deuotione fuimus ꝓſecuti/
ꝓut ꝓſequimur/ et ppterea diuerſa priuilegia ꝓ conſeruatione
et reformatione illius eidẽ cõceſſimus/ vos attente hortamur
in dño vt incboatã reformationẽ omni ſtudio et diligẽtia ꝓſeq
et ad debitũ finẽ perducere/ et in debita caritate/ reuerẽtia/ et obe
dientia viuere/ et ꝓfeſſores dicti ordinis ſtudentes ad genera-
lia ſtudiorũ collegia mittere/ et vſq ad doctoratus ſeu magiſte
rij gradum ſuſcipiendũ eis debite ꝓuidere velitis. Alioqn pre
fatus abbas Ciſtercij ſub cenſuris et penis de quib⁹ etiã ſibi vi
debitur cõtra rebelles et inobedientes ꝓuideat. Si vero in pre
miſſis feceritis/ vt ſperamus/ nos in dies ꝓmptiores inuenietis
ad omnia ꝑ que honori et ſtatui ac ꝯſeruationi dicti ordinis ve
ſtri cõſuli poſſit. Contrarijs quibuſcũq non obſtantibus. Da
tum Rome apud ſanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris/
die. v. Auguſti. M. cccc. lxxxix. Pontificatus noſtri Anno qn-
to. Hie. balbanus.

Eiuſdẽ breue ſub annulo piſcatoris/ ꝑci
piẽdo vniuerſis abbatib⁹/ abbatiſſis/ pri
oribus/ cõmendatarijs. etc. in virtute ſctẽ
obediẽtie et ſub excõis late ſentẽtie pena
quaten⁹ abbatẽ Ciſtercij qui iuxta intẽti-
onẽ capli generalis ſe ei⁹ cõſpectib⁹ ꝓ or
dine ꝑſentauit/ varias ordinis neceſſita-
tes ſibi expoſuit/ et remedia oportuna im

petrauit/quotiēs ad eos eorū qꝫ monaſte
ria grā viſitatiōis ꝛ reformatiōis acceſſe
rit/ipſū tā qꝫ caput ordis eorū qꝫ p̄rēnab
batē ac toti⁹ ordinis generalē/cū debitis
honore ꝛ reuerētia recipiāt/ꝛ tractent/ac
ꝑmittāt ſe ꝛ ſua monaſteria ab eo eiuſ qꝫ
cōmiſſarijs viſitari/ꝛ reformari/ꝛ in oib⁹
eis obediant. Cōtradictores/rebelles/in
obediētes/diſſerētes/ꝛ īpediētes ip̄o fac
to ſniam excōis incurrūt. Et hoc breue ſū
me neceſſariū ꝛ vtile fuit maxie ꝑpter cō
mendas quas R. d. cardinales ꝛ alij po
tentes p̄ſertim in ptib⁹ illis obtinent. Et
ꝑpter ſectas aliquoꝝ de ordine in regio
nibus italicis vt dictum eſt ſupra/ qui ſe
quaſi ab ordine exemptos diuerſis me
dijs p̄tendebant.

Innocentius papa. viij.

Uniuerſis ꝛ ſingulis abbatib⁹/ abbatiſſis/priorib⁹/ cō
mendatarijs/ac quibuſlibet regularibus pſonis monaſterioꝝ
ordinis Ciſtercieñ. Salutē ꝛ apſicam bñ. Alias pcipientes qꝛ
monaſteria vr̄i ordinis Ciſtercieñ vtriuſ qꝫ ſexus/ p̄ſertim citra
mōtes reformatiōe ꝛ correctione nō modica indigebant. Nos
qui ab ineūte etate ordinē ipſū nō mediocrit̄ dilexim⁹ ꝛ diligi
mus ꝑ alias nr̄as lr̄as dilectis filijs caplo gnāli eiuſdē ordinis

ſub certis cēſuris dedimus in mandatis quaten⁹ vnū notabi-
lē ex abbatib⁹ dicti ordinis ad partes ipās citra montes mitte
rent/qui monaſteria ⁊ loca vtriuſqꝫ ſex⁹ eiuſdē ordinis viſita-
ret/⁊ ea que reformāda forent iuxta ſtatuta/priuilegia/ diffini
tiones/⁊ morem dicti ordinis reformaret/ꝓut in dictis litteris
plenius cōtinetur. Quib⁹ quidē litteris caplo ꝓdicto ꝓſentatꝭ/
caplm ipſum ⁊ illi⁹ diffinitores ſtatuerūt ⁊ ordinarunt vt dile-
ctus filius Johānes abbas Ciſtercieñ/etiā attēto ꝙ nōnulli cō
uentus dictorū monaſteriorū citra montes exiſtentiū ab obe-
dientia capli generalis ⁊ a ſtatutis/cōſuetudinib⁹/priuilegijs/
⁊ obſeruantia dicti ordinis ſe ſubtrahere nitebanꝭ/ ad partes
iſtas citra mōtes ꝑſonaliter ſe trāſferret ⁊ monaſteria ⁊ loca di
cti ordinis/illorūqꝫ abbates ⁊ fratres viſitaret/⁊ ea que refor-
manda ⁊ corrigēda reperiret/reformaret ⁊ corrigeret/ ⁊ ad hūc
finē dictus abbas Ciſtercieñ noſtro ſe cōſpectui ꝓſentauit/mul
tas ipſi⁹ ordinis neceſſitates ⁊ iacturas tā ſpirituales ꝙ tēpo-
rales nobis exponens/ ⁊ remedia querens oportuna. Quare
nos attendentes hmōi viſitationis ⁊ reformatiōis opus ſūme
eſſe neceſſariū ⁊ vtile vobis ⁊ cuilibet veſtrū in virtute ſancte
obedientie ⁊ ſub excōis late ſentētie pena/ quā ſi ꝯtra feceritis
eoipſo vos ⁊ quēlibet veſtrū incurrere volumus ⁊ diſtricte pre
cipiendo mandam⁹ quaten⁹ receptis ꝓſentib⁹ litteris ceſſanti
bus quibuſcūqꝫ exceptionib⁹/dilationib⁹/ ⁊ ſubterfugijs ipm
Johannē abbatē/tanqꝫ caput dicti ordinis ⁊ patrē abbatē ve-
ſtrū ac totius ordinis veſtri generalē recipiatis/⁊ vti decet ab-
batē generalē cū debitis honore ⁊ reuerentia tractetis/⁊ ab ip-
ſo ac ab eius cōmiſſarijs vos ⁊ monaſteria veſtra viſitari/ corri
gi/ ⁊ reformari iuxta dicti ordinis ſtatuta/priuilegia/⁊ diffiniti
ones ꝑmittatis/reformationēqꝫ ⁊ correctionē ꝑ eos faciendas
iuxta ſtatuta/priuilegia ⁊ diffinitiones dicti ordinis benigne
ſuſcipiētes/ipſis in omnib⁹ obediatis. Cōtradictores aūt ⁊ re-
belles/ſeu inobediētes/aut differētes/ſiue impediētes/ ⁊ quēli
bet ipſorū excōicationis ſententiā/⁊ alias penas ⁊ cenſuras in
ſtatutis/priuilegijs/⁊ ordinationib⁹ ordinis ⁊ capli generalis
predictorū cōtentas eoipſo incurrere volumus/ cōſtitutiōnib⁹

⁊ ordinationib⁹ apoſtolicis/ac quibuſuis indultis ⁊ priuilegijs auctoritate apoſtolica in contrariū forſan factis/ceteriſq̃ contrarijs nō obſtantibus quibuſcūq̃/inuocato ſi opus fuerit ad id auxilio/conſilio/et fauore brachij ſecularis. Datum Rome apud ſanctū Petrum ſub annulo piſcatoris/die.xxij. Aprilis. M.cccc.lxxxix. Pontificat⁹ noſtri Anno q̄nto. Ja.picherier.

Eiuſdem breue ſub annulo piſcatoris ꝑ quod precipit ſub excōmunicationis late ſententie pena omnibus abbatibus/prioribus/monachis ⁊ conuerſis ꝙ ſemper habitū ordinis tam in monaſterijs q̄ꝫ extra/ ⁊ nō alium ferant/reuocando omnes diſpenſationes in contrariū quibuſcūq̃ conceſſas.

Innocētius papa.viij.

Dilectis filijs Ciſtercij Cabilonen̄ dioc̄ ac vniuerſis alijs monaſteriorum aliorū ⁊ locorum quorūlibet Ciſtercien̄ ordinis abbatibus/prioribus/monachis ⁊ cōuerſis p̄ſentibus ⁊ futuris. Salutē ⁊ apoſtolicam benedictionē. Cum ſicut accepimus nōnulli ex vobis aliquādo habitū licet in ipſo ordine veſtro ꝑmanentes mutare procurent contra ꝯſtitutiones/⁊ inſtituta regularia dicti ordinis/non ſine magno illius preiudicio ⁊ detrimento ac etiam ſcandalo plurimorū. Nos attendentes nō eſſe equū ꝙ dum in dicto ordine permanetis/alium habitum aſſumatis/ vobis ꝑ preſentes in virtute ſancte obedientie ⁊ ſub excōmunicationis late ſententie pena quā quilibet veſtrum contra faciens eoipſo incurrat/⁊ a qua nō niſi a Romano pontifice preterq̄ꝫ in mortis articulo conſtitutis/abſolui poſſit/ diſtricte

p̄cipiendo mandamus/vt de cetero perpetuis futuris tēporibus ſemꝑ habitum dicti ordinis tam in monaſterijs ⁊ locis ordinis eiuſdē ꝙ̄ extra deferre/ ⁊ illum nullatenus/ etiā pretextu quorūcunqꝫ priuilegiorū ⁊ indultorū vobis ꝑ nos ⁊ ſedē apoſtolicam aut legatos eiuſdē ſub quibuſuis verborū formis et clauſulis etiā derogatoriarū derogatorijs ⁊ inſolitis conceſſorum/que harū ſerie reuocamus ⁊ anullamus/ac ꝓ nullis ⁊ infectis haberi volumus/quouiſmodo mutare p̄ſumatis/ decernentes exnunc irritū ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoqꝫ quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter cōtigerit attemptari. Non obſtantibꝰ premiſſis/ac cōſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibus apoſtolicis ceteriſqꝫ cōtrarijs quibuſcūqꝫ. Datū Rome apud ſanctūm Petrū Sub annulo piſcatoris/die. viij. Auguſti. M.cccclxxxix. Pontificatꝰ noſtri Anno quinto.

Priuilegia ampliſſima ordini per dn̄um Philippum regē Francie conceſſa.

Philippus Dei gratia Francorū rex. Notum facimus vniuerſis tā p̄ſentibus ꝙ̄ futuris ꝙ dilecti ⁊ fidelis noſtri abbatis Ciſtercieñ ⁊ coabbatū ſuorū ipſiꝰ ordinis regni noſtri ſupplicationibꝰ annuētes/eiſdē ac eccleſijs ſeu monaſterijs ſuis duximus cōcedēdū ꝙ ipſi cōqueſta ab eis ſuarū eccleſiarū nomine facta a tempore retroacto vſqꝫ ad tempus conceſſionis hmōi in feodis retrofeodis ⁊ allodijs nr̄is/aut ſubditoꝝ noſtroꝝ inq̄ꝫtū ad nos ſpectat/tenere poſſint ꝑpetuo abſqꝫ coactione vēdendi/vel extra ſuā manū ponendi/ vel p̄ſtādi nobis finantiā pro eiſdē. Itē ꝙ bona eoꝝ mobilia nō capiētur vel iuſticiabunt in aliquo caſu ꝑ iuſticiā ſecularē. Itē ꝙ in caſu vbi licite bona ipſoꝝ imobilia capi cōtigeret ea cōſumi vel deſtrui nō liceat /aut

expendi/q̃tĩ fiat id ante omnia faciem⁹ emendari/⁊ eos indẽnes ſeruari. Et ꝙ ſi ad ipſorũ bonorũ ſaiſinã vel cuſtodiã ſeruientes depuari oporteat vnus tantũmodo ſeruiens in quolibet monaſterio ⁊ in qualibet domo ipſoꝝ deputetur/qui de ſtipendijs ſuis viuere teneat̃ ꝓut in noſtris continetur ſtatutis. Itẽ ꝙ recognitiones ⁊ aduocationes noue que ab eccleſiaꝝ ipſarũ ſubditis nobis fiunt nullaten⁹ admittent̃ ⁊ factas de nouo faciemus penitus reuocari. Itẽ ꝙ baillivi ⁊ alij officiarij noſtri teneant̃ iurare ꝙ mandata ſibi facta ⁊ fienda p litteras noſtras ꝓ eccleſijs ⁊ pſonis dicti ordinis abſq; difficultate fideliter exequẽtur. Itẽ ꝙ nõ impediẽtur aut inquietabũtur ſup poſſeſſionibus ſiue redditib⁹ emptis p ipſos in feodis/retrofeodis/aut cenſuis ſuis in quibus omnimodã altã ⁊ baſſam habent iuſticiã/quĩ poſſeſſiones ⁊ reddit⁹ taliter acq̃ſitos ppetuo tenere valeant abſq; coactiõe vendendi vel extra manũ ſuam ponendi/aut pſtandi nobis financiã ꝓ eiſdem. Itẽ ꝙ tollãtur grauamina eis p gentes noſtras illata/ac noſtra iã cõceſſa ſtatuta ſeruẽtur/⁊ ea baillivi noſtri iurare teneant̃ ſe firmiter ſeruaturos. Itẽ ꝙ ad opus garniſionũ noſtrarũ bona eorum vel ſubditoꝝ ſuoꝝ eis inuitis nullatenus capiẽtur. Item ꝙ pro grauaminib⁹ ſibi illatis corrigẽdis de quibus liq̃bit auditores nõ ſuſpectos/eiſdẽ cũ requiſiti fuerim⁹ cõcedem⁹/qui vice nr̃a celeris cõplementũ iuſticie ſup hoc fideliter exhibebũt. Itẽ ꝙ nõ puniant̃ ꝓ delictis monachoꝝ ſeu cõuerſoꝝ aut familiaꝝ ſuoꝝ/niſi quaten⁹ ſunt ꝓpter hoc puniẽdi de iure/vel de conſuetudine patrie cui ſubſunt. Itẽ ꝙ nõ impedient̃ pſonas ſui ordinis ⁊ eaꝝ mobilia cũ armis moderate vel ſine armis ac delinquẽtes in ſuis abbatijs ſeu locis capere quaten⁹ facere ꝯſueuerũt. Qđ vt firmũ ⁊ ſtabile pmaneat ſaluo in alijs iure nr̃o et in omnib⁹ alieno/Preſentib⁹ litteris noſtrũ fecim⁹ apponi ſigillũ. Actũ Pariſius Anno dñi M.ccc.iiij. menſe Iulio.

Dñs Ludouicus rex Francie mãdat dominis parlamentorum baillivis ⁊ alijs

ſuis iuſticiarijs q̄ dimittant patreſabba tes ꝛ cōmiſſarios ordinis ꝓcedere ſcdm ſtatuta ꝛ diffinitiones ordinis in viſitationibus/correctionibꝰ/inſtitutionibus ꝛ depoſitionibꝰ abbatū/ abbatiſſarū ꝛ ꝑſonarū ordinis dando eis auxiliū. ꝛc.

Lhys Par la grace de dieu Roy de Frāce. A noz amez ꝛ feaulx les gens tenans noſtre parlemēt ꝛ qui tiendront ceulx aucuir. Au preuoſt de Paris ꝛ a tous noz autres iuſticiers ꝛ officiers ou a leurs lieuxtenā ſalut ꝛ dilection. Complains ſe ſont a nous noz bien ames les religieux abbes abbeſſes ꝛ conuent de lordre de Ciſteaux ſituee en noſtre royalme diſans que combien que de droit eſcript ſelon les inſtitutions ꝛ ordonnāā anciennes dicelle religion/la viſitation des abbayes abbes/abbeſſes/officiers ꝛ autres perſonnes regulieres appertiennent aux prelatz/ Et meſmement la viſitacion de labbaye de Ciſteaux aux quatre premiers abbes dudit ordre ꝛ que pour remedier aux griefz qui par iceulx prelatz pourroient eſtre faiz aux ſubgetz de lordonnāā ꝛ auctorite du ſaint ſiege de Rome/ tous les abbes dudit ordre ſoient tenuz ꝛ doiuent eulx aſſembler vne fois lan audit lieu de ciſteaux ꝛ illec celebrer leur chapitre general pour terminer ꝛ deffinir ſommairemēt ꝛ de plain les cauſes dappel ꝛ autres cas reſerues audit chapitre/Sans ce q̄ des cauſes ou actions quelxconques perſonnelles de ladicte religion cognoiſſance euocacion ou appellacion en ſoit venue ne doye venir en noſtre court de parlemēt ne en autre court temporelle/Neantmoins aucunes perſonnes regulieres de ladicte religion voulans fuyr de layer ꝛ empeſcher la pugnicion ꝛ correction de leurs meffaiz et

delitz/ont appelle ⁊ appellent de iour en iour des ſentēcē pugni-
cions ⁊ coꝛrections de leurs peres abbes viſiteurs ou de leurs
cōmis a noſtredicte court de parlemēt ⁊ autres cours tempo-
relles. Pourquoy toute diſcipline ⁊ obſeruāce reguliere eſt en
voye de perir en toute ladicte religion ⁊ auſſi leſtat tempoꝛel/
Se par nous ny eſt pourueu de gracieux remede/ ſicomme ilz
dient humblemēt requerans icellui/ Pourquoy nous voulās
obuier a la deſolacion ⁊ ruyne dudit oꝛdre ⁊ deſirans laugmen-
tation du diuin ſeruice en icellui/et auſſi les pſonnes diſſolues
eſtre refoꝛmees en bonne meurs ⁊ eſcheuer toutes matieres et
occaſions de pꝛoces debatz ⁊ diuiſions entre elles/vous man
dons ⁊ par ces pꝛeſentes enioingnons eſtroictement en com-
mectent ſe meiſtier eſt que leſdictz peres abbes ⁊ leurs cōmis
⁊ deputes vous ſouffres permectes ⁊ laiſſes pꝛoceder ſelon les
ſtatus inſtitucions ⁊ oꝛdonnāſ anciennes et appꝛouuees/ A la
viſitacion/coꝛrection/inſtitucion/deſtitucion/ou autre pugni-
cion des abbes/ou abbeſſes/officiers/⁊ autres pſonnes regu-
lieres qui vous apperront deuement ⁊ ſouffiſāment eſtre leurs
ſubgetz/En leur donnant ſur ce chaſcun de vous en droit ſoy
conſeil cōfoꝛt et aide ſe meſtier eſt/⁊ ſe requis en eſtes. Et pour
ce que de ces pꝛeſences ou pourra auoir affaire en pluſeurs et
diuers lieux/ Nous voulons q̄ au vidimus dicelles fait ſoubz
ſeel Royal foy ſoit adiouſtee comme a loꝛiginal/ Non obſtant
quelxconques oppoſicions ou appellacions faictes ou a faire/
Et lectres ſubreptices impetrees ou a impetrer a ce contraires
donne a Tours le vij iour de ianuier Lan de grace mil. cccc.
Soixante ⁊ vng. Et de noſtre regne le pꝛemier/Ainſi ſigne a la
marge dicelles lectres Par le Roy a la relacion du conſeil. J.
Caſtel.

Dominus Karolus rex francie. viij. tanq̄
pꝛincipalis fundatoꝛ Ciſtercij ⁊ plurium
monaſterioꝝ Ciſtercieñ oꝛdinis vtriuſq̄

ſexus ⁊ eorũ ac totius dicti ordinis ꝓtec
tor ⁊ defenſor p̄cipuus accipit abbates/
abbatiſſas/religioſos/ ⁊ vniuerſas pſo-
nas ordinis cũ familia ⁊ ſeruitorib⁹/ nec
nõ monaſteria ⁊ loca/ac quecũq3 ordinis
bona in ſpecialẽ ꝓtectionẽ ſuã/ inhibeñ
vniuerſis tam armatis q̃3 alijs quibuſcũ-
q3 ne p̄ſumãt intrare monaſteria ordinis
ſine licentia/cõſenſu/ ⁊ beneplacito abba
tum/ ⁊ abbatiſſarũ. Mandando expreſſe
vniuerſis officiarijs ſuis tã iuſticie q̃3 ar-
morũ qui expreſſe hic nominant᷑ vt hanc
ſuam ordinationẽ obſeruent ⁊ obſeruari
faciant/ ⁊ contra facientes puniant/ ⁊ alia
multa bona hic ponũtur.

CHarles Par la grace de dieu Roy de
France. A tous ceulx qui ces
preſentes lectres verrõt/ſalut. De la partie de
noz chiers ⁊ bien ames les religieulx abbes et
couuens de lordre de Ciſteaux eſtans en no-
ſtre Royaulme ⁊ pays du daulphine nous a
eſte humblement expoſe. Que comme iadis
durant la ferueur de deuocion ⁊ conſcience plu
ſeurs princes/princeſſes/ſeigneurs ⁊ dames pour lonneur du
diuin ſeruice ⁊ ſalut de leurs ames aient fondes ⁊ doues plu-

ſeurs monaſteres de religieulx ⁊ religieuſes ſoubz lordre de ci-
ſteaux/en eſperant que leſdictz monaſteres ſeroient Regitz ⁊
gouuernes en obſeruance reguliere/⁊ tenus en cloiſon ou fer-
mete neceſſaire ſelon leur saincte regle ⁊ ordonnãce des ſaintz
canons/ſans ce que aucuns ſeculiers eſtrangiers par force/vi-
olence/ou ſoubtilz ⁊ mauuais moiens entraſſent eſdictz mo-
naſteres ou aucũemnent les troublaſſent/ou empeſchaſſent/ en
leurs deuote ⁊ ſaincte vie monaſtique/et de vaquer en leur ſer-
uice ⁊ oroiſons. Ce neant moins pluſeurs de leur auctorite et
puiſſance ou pour leur plaiſir deſordõne/les autres ſoubz vm-
bre de ce quilz ſuyuẽt noz armes ⁊ autres actes de guerre/ſou-
uent entrent en pluſeurs deſdictz monaſteres/y logent/⁊ font
pluſeurs grandes violentes/ deſpens et oultraiges/ tant aux
abbes/abbeſſes que aux religieulx ⁊ religieuſes de lordre du-
dit Ciſteaux/ſans auoir regard a la maiſon de dieu et a limmu-
nite franchiſes ⁊ libertes oultroies auſdictz lieux de lordre du-
dit Ciſteaux par noz ſaintz peres/ et conformees par feu no-
ſtre treſcher ſeigneur ⁊ pere que dieu abſoille /⁊ autres princes
et preſument pluſeurs deſdictz gens de guerre entrer eſdictz
monaſteres ⁊ religieuſes/tant par ce quilz ne ſont pas deue-
ment clez ne fermes/⁊ que les lieux ſont es champs es bois et
ſolitaires/comme pour leur mauuaiſes volentes/ et y commet-
tent pluſeurſ maulx a loffence de dieu le createur deſhonneur
dudit ordre/⁊ eſclandre du peuple chrieſtien/et ſe veullent en
leurs pechies et meffaiz excuſer diſans que de commettre pe-
chie eſdictz lieux de religieuſes neſt pas cas de mort/ ⁊ que pu-
gnicion aucune ne ſen doit enſuyr que dautres femmes. A
quoy ne peullent obuier leſdictes abbſſees/ tant pour la pou-
urete ⁊ ſimpleſſe delles / que pour les faueurs deſditz gens
de guerre ⁊ autres/⁊ ny peuent auſſi obuier leſdictz peres ab-
bes dudit ordre par ce quilz ſont loingtans /et ny peullent
venir viſiter que ſeullement vne fois lan. Et quant ice-
ulx peres abbes ſe trauaillent deucloire et reduire en ob-

ſeruance reguliere leſdictz monaſteres pour viure deuotemēt en ſeurte ⁊ repos de cōſcience ⁊ religieuſement/ ilz ont tant de menaſſes ⁊ faueurs contre eulx quilz ſont contraintz de tout laiſſer ⁊ abandonner iuſques ad ce que dieu enuoie oportunite de temps requerans ſur ce noſtre prouiſſion. Scauoir faiſons a tous que nous ce que dit eſt conſidere/ et que voulons ce qui eſt a dieu aggreable ⁊ iuſtice conuenable/ ⁊ a ſaincte religion proffitable ſoit execute ſelon raiſon/ deſirās auſſi de tout noſtre pouoir laugmentacion ⁊ entretenement dudit ordre duquel nous ſumes principaulx fondateurs ⁊ protecteurs. Et affin que les diuins ſeruices prieres ⁊ oroiſons y ſoient iournellement dictes ⁊ celebres/ ⁊ que en icelles ſerons participans/ ⁊ pour le bon vouloir que nous auons audit ordre/ ⁊ auſſi pour les releuer des peines/ moleſtes/ oppreſſions trauaulx ⁊ exactions/ enſemble leurs maiſons/ manoirs/ ſeruiteurs grangiers/ procureurs ⁊ entremetteurs de leurs faiz auons prins ⁊ mis/ prenons ⁊ mettons en ⁊ ſoubz noſtre protection ⁊ ſauuegarde eſpecial tous leſdictz monaſteres tāt de religieux que de religieuſes eſtans en noſtre obeiſſance/ En deffendant a toutes manieres de gens de quelque eſtat ou cōdicion quilz ſoient/ quilz nentrent eſdictz monaſteres ſoubz quelque couleur ou affaire que ce ſoit/ ſinō de la licence des abbes ⁊ abbeſſes deſdictz mōnaſteres/ Mandōs cōmandons ⁊ expreſſement enioignons a tous noz lieuxtenans/ conneſtable/ admiral/ grant maiſtre/ mareſchaulx/ capitaines de gens darmes/ ⁊ de trait/ ⁊ autres gens de guerre tant de noz ordonances/ ban/ arriereban/ baillis/ ſeneſchaulx p̄uoſtz. Et a tous autres noz iuſticiers ⁊ officiers ou a leurs lieutenans ⁊ a chaſcun deulx ſicomme a luy appartiendra quilz ne logent ne ſeuffrent logier/ eſdictz monaſteres ſur peine deſtre corriges ⁊ punis cōme infracteurs de nous cōmandemens ⁊ ordonnāces/ ⁊ tellemēt que ce ſoit exemple a tous autres/ ⁊ auec ce par tous moiens raiſonnables ilz donnēt ayde/ port/ ⁊ faueur au chapitre general dudit ordre ⁊ auſditz peres abbes a debouter tous telz malfaicteurs reffomer ⁊ reduire a bonne religion ⁊ ſaincte vie leſdō mōaſteres ſelon les

statuz dud ordre de cisteaux. Madons en oultre a tous noz sene ſchaulx baillis iuſticiers et officiers ou a leurs lieuten et a chascun deulx que es termes et limites de leurs pourpris et iuriſdictions ilz deffendent leſd abbes/abbeſſes/religieulx et religieuſes de telles oppreſſions et les facent ioyr et vser de ceste noſtre pſente garde/et deffenſe de ce faire vous donnons charge expreſſe plain pouoir auctorite et mandement eſpal. Car noſtre vouloir est tel/Et pource que leſdit suppl porroient auoir a faire en diuers lieux de ces pſentes/et que eulx ou par eulx en couiendroit souuent faire oſtenſion/Nous volons que aux vidimus dicelles fait soubz ſeel royal soit foy adiouſtee comme ad ce pſent original/En teſmoing de ce nouſ auons fait mettre noſtre ſeel a ces pſentes donne a Tours le. viij. Jor. de mars Lan de grace mil cccc. iiiixx. et trois. Et de noſtre regne le pmier/ Ainsi ſigne ſur le ploy de la lre Par le roy en ſon conſel/monſeigneur le duc dorliens les contes de clermont et de dunois/ vous les eueſques de dalby de lombez de perigneux les ſres de torcy et de bandricourt Le pmier et tiers pſidens de chbre/Maiſter Jehan chambon Adam fummee et pre de ſaſſierges et autres pns/ Robertet.

Multos alios fauores facto et ſcripto chriſtianiſſimi ſolij Francie ſancto ordini ſepius conceſſit/pia maieſtas/ puta quod vniuerſa a ſancta ſede pceſſa priuilegia/locu et effectu p chriſtianiſſimu regnu habeant/ et alia ſimilia que ad vitandu plixitatis tediu hic omittunt. Quotiens vero comendationibus ad ſanctam ſede/ad ſacrum collegiu/necno ad quoſcuque pncipes et dominos opus habuit hec ſancta religio/nunque regalis pudentia ei deeſſe voluit/quobrem p ipſius felici confirmatione omnes ordinis filij orare tenentur.

Dominus Ricardus rex anglie multa deuotione ad ſanctu ordine affectus. dedit ciſtercio eccleſia prochiale de ſcardebourg cu omnibus capellis ptinetijs/libertatibus/

liberis cōſuetudinibus terris/ domibus ⁊ decimatiōibus in terra ⁊ in mari ſcȝ in piſcationibus ⁊ mercantijs cū poteſtate inſtituendi vicariū/ nihil ſibi aut ſuis ſucceſſoribus retinens/ cum multis conditionibus magis in ſpeciali in textu declaratis ad procurādum abbates apud Ciſtercium per tres dies capituli generalis Et ſi aliquid ſupereſt vſibus Ciſtercij debet applicari.

RIcardus Dei gr̄a rex Anglie/ dux Norm̄ Aquit/ ⁊ com̄ Andegl Archiepis/ epiſcopio/ abbatibꝰ/ comitibꝰ baroñ/ iuſtic/ vicecom̄/ ⁊ omnibꝰ miniſtrio ⁊ fidelibus ſuis Franc ⁊ Anglic ſalutē. Sciatis nos dediſſe ⁊ preſenti carta noſtra confirmaſſe deo ⁊ eccleſie ſancte Marie Ciſtercij in puram ⁊ perpetuā elemoſynā ꝓ anima regis Heinrici patris noſtri ⁊ ꝓ ſalute anime noſtre ⁊ matris noſtre ⁊ omniū anteceſſorum ⁊ ſucceſſorū noſtrorum eccleſiā noſtram de Scardeburc cū omnibus capellis ⁊ cū omnibus alijs ꝑtinētijs ſuis de qua elemoſyna volumus abbates ꝓcurari apud Ciſterciū per treo dies capituli generaliſ. Si quid vero vltra triduanam ꝓcurationē Ciſtercieñ capituli generalis de omnibus ꝓuentibus iam dicte elemoſyne noſtre reſiduū fuerit in proprijo vſibus domus Ciſtercij/ ſicut abbati ⁊ fratribus eiuſdē domus viſum fuerit ſtatuimus expendi quā elemoſynā ipſam ab eadem domo Ciſtercij nullatenꝰ volumuo in poſterum alienari. Quare volumus ⁊ firmiter precipimꝰ q̊d predicta abbatia Ci-

ſtercij percipiat teneat ⁊ habeat in perpetuū libere ⁊ honorifi-
ce/integre/⁊ plenarie/quiete/⁊ ſine omni moleſtia ⁊ contradic-
tione ⁊ diminutione p̄nominatā eccleſiā de ſcardeburg cū om-
nibus capellis tam illa que ab antiquo in caſtello eſt q̄ʒ ceteris
tam intra muros ville q̄ʒ extra/ Et cū omnib⁹ alijs ꝑtinentijs
ſuis ⁊ cum omnibus libertatibus ⁊ liberis cōſuetudinibus ſu-
is ⁊ cū omnibus terris ſuis domibus ⁊ decimationibus terre ⁊
maris ⁊ ne aliquādo occaſiōe vicarie eccleſie de ſcardeburg ali-
qua contentio vel cōtradictio aduerſus eccleſiam Ciſtercij ſub
oriri poſſit ius inſtituendi vicarium ⁊ quicquid iuris habeba-
mus in vicaria ⁊ quicquid circa hoc retinueram⁹ nobis integre
domui Ciſtercij donamus nihil penitus de omnib⁹ retinētes.
Sed ⁊ omnibus ſucceſſoribus noſtris ⁊ alijs quibuſcunq̄ʒ per-
ſonis factum noſtrū perturbandi/vel elemoſynā imutandi oc-
caſionem omnimodam penitus amputantes. Abbas autē Ci
ſtercij ꝓ arbitrio ⁊ voluntate ſua vicarium eligit ⁊ archiepiſco-
po preſentabit qui vicarius in p̄ſentatione ſua iurabit ſuꝑ ſan-
ctum euangelium quod in omnib⁹ fidelis erit eccleſie Ciſtercij
⁊ procuratori eius ne vnq̄ʒ damnū vel detrimentū reddituum
ſcienter ſuſtinebit. Quod ſi in hoc deliquerit et tertio commo-
nitus nō emendauerit ei vicaria auferatur hoc etiam adijcien-
dum decreuimus quod capellani qui in ipſa eccleſia vel in ca-
pellis adiacentibus pro tempore deſeruierint eccleſie Ciſtercij
eodem iuramento fidelitatis aſtringantur ⁊ ꝓ voluntate ab-
batis Ciſtercij vel ꝓcuratoris eius admittantur vel amouean
tur/volumus preterea et precipimus quod ꝓcurator Ciſtercij
dū eccleſia carebit vicario ſeruiri faciat eccleſie de ſchardeburg
⁊ redditus omnes recipiat ad vſus domus Ciſtercij ⁊ procura
tionis capituli Ciſterciensi donec abbas Ciſtercij alium vicari
um eligat Eboracenſi archiepiſcopo ſicut predictum eſt preſen
tandum ⁊ vt hec omnia imꝑpetuū quiete pacifice ⁊ ſine omni
queſtu ⁊ exactione p̄noīata domus Ciſtercij poſſideat/firmiter
prohibem⁹ ne aliqua ꝑſona ſeu ſecularis ſiue eccleſiaſtica p̄ter
domū Ciſtercij in tota parrochia de ſchardeburg capellam eri
gat aut altare aut aliud aliq̄d faciat qđ in dānū vel detrimētū

domus Cistercij possit aliquãdo redũdare sup forisfacturã decem librarũ his testib⁹ gauff Eborũ archiepo ph. dunelmẽ. h. Saresbirieñ epis/magistro mangino norm̃ thaurio magistrõ Rogõ de sancto Edmundõ/Guillo marescallo Jocle de maena/Galfrido de cella/Rob de harecort/ Matho de gamach/ Britio camerario nr̃o. Datũ p manũ E. Elieñ epi apud lions/ xiiij. die Maij. Anno regni nostro nono.

G. dei gratia Eboraceñ electus omnib⁹ christifidelib⁹ qui p̃seno scriptũ viderint salutẽ. Sciatis nos cõcessisse in ppetuũ deo ⁊ beate Marie Cistercij p salute anime nostre ⁊ p anima regis Henr̃ patris nostri elemosynã quã dño rex Ricardus frater noster fecit de assensu nostro de ecclesia de scardeburgo cũ omnib⁹ ptinentijs suis ad pcurationẽ abbatũ capl̃i Cistercij. Quã elemosynã plene ⁊ integre cõcedimus sicut in dñi regis carta plenius cõtinet̃/⁊ p̃sens scriptũ sigilli nostri impssione cõmunimus. Quare volumus ⁊ firmiter precipimus qd abbatia Cistercij habeat/teneat/⁊ pcipiat/libere/integre/honorifice/et quiete/⁊ sine molestia ⁊ cõtradictione p̃dictã ecclesiã de scardeburgo cũ omnib⁹ capellis ⁊ ptinentijs suis ⁊ cũ omnib⁹ libertatib⁹ ⁊ liberis cõsuetudinib⁹ suis scd̃m qd in carta regia cõtinet̃/nec sup his omnib⁹ diminutionẽ aliquã sustineat vel grauamen. Preterea sciatis qd G. archidiaconus cliuel̃ resignauit in manu nostra ⁊ nos in manu abbatis Cistercij quicq̃d iuris clamabat in ecclesie p̃dicte vicaria T. J. epo case candide magistro Sy cancellario Eboraceñ ecclesie G. archidiacono cliuel̃ Ul de sancto Quintino.

Clemens Epo seruus seru⁹ seruorũ dei. Dilectis filijs abbati ⁊ cõuentui Cistercij/Salutẽ ⁊ aplicam benedictionẽ. Justis petentiũ desiderijs dignũ est nos faciliter p̃bere ꝯsensum ⁊ vota que a rationis tramite nõ discordant effectu psequẽte complere. Ea pp̃ter dilecti in dño filij vestris iustis postulationib⁹ grato cõcurrentes assensu eccl̃iam de scardeburg cũ omnib⁹ ptinencijs ⁊ libertatib⁹ suis sicut scripta auctentica Ricardi illu

ſtris Anglorū regis eorū facta teſtant qui vobis eandē eccleſi-
am pia largitione in ppetuam elemoſynā conceſſit ad ꝓcurati-
onē abbatū capli generalis/deuotioni veſtre auctoritate apo
ſtolica ꝯfirmamus ⁊ pſentis ſcripti patrocinio cōmunim⁹. Sta
tuentes vt nulli oīno hominū liceat hanc paginā noſtre confir
mationis infringere/vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis au
tem hoc attēptare pſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/
⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſurū. Datū
Lateraṅ. v. Idus Februarij. Pontificat⁹ noſtri Anno tertio.

Celeſtinus Epūs ſeruus ſeruorū dei. Dilectis filijs abbati et
cōuentui Ciſtercieṅ. Salutē ⁊ aplicā benedictionē. Iuſtis pe-
tentiū deſiderijs dignū eſt nos facilē pbere cōſenſum ⁊ vota q̄
a rationis tramite nō diſcordant effectu ꝓſequente complere.
Ea ꝑpter dilecti in dn̄o filij veſtris iuſtis poſtulationib⁹ grato
cōcurrentes aſſenſu eccleſiā de Scardebourg cū omnib⁹ ptinē-
tijs ſuis ⁊ libertatibus ſicut auctētica ſcripta cariſſimi in chri-
ſto filij noſtri Ricardi illuſtris regis Anglorū exinde facta te-
ſtantur qui vobis ad ꝓcurationē abbatū capituli generalis eā
dem eccleſiā pia largitione donauit de volūtate ⁊ aſſenſu vene
rabilis fratris noſtri Ganfredi eboraceṅ archiepi tunc electi ſi-
cut eiuſdē auctenticū ſcriptū teſtatur. Et ſicut in litteris vene-
rabilis fratris Iohannis anaguiṅ preneſtiṅ epi/ tunc legati in
Anglia cōtinetur deuotioni veſtre auctoritate aplica cōfirma-
mus ⁊ pſentis ſcripti patrocinio cōmunimus/ſtatuētes vt nul
li oīno liceat hanc paginā noſtre cōfirmationis infringere/ vel
ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare pſump-
ſerit/indignationē omnipotētis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli
aplorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Lateraṅ. ij. kl. Oc-
tobris. Pontificat⁹ noſtri Anno ſecundo.

Cuius donationis intuitu patres ordinis omnē ingratitu-
dinis maculā vitare cupiētes eidē deuotiſſimo regi anniuerſa
rium ſollēne ſingulis annis in quolibet ordinis monaſterio fe-
ria tertia poſt octauas paſce celebrandum conceſſerūt. Prima

collecta/Preſta dn̄e queſumus. Secūda/Fideliū deus. Quā-
quidē eccleſiam a dicta donatione vſqꝫ circiter ad annū domi-
ni M.ccc.lxxx. rexerunt monachi de Ciſtercio illuc ab abbate
ſuo tranſmiſſi/quorū plures ibidē ſepulti miraculis florere di-
cuntur/⁊ ad eorū ſepulchra populus deuote recurrit. Interim
valde multi tractatꝰ ⁊ littere ſuꝑ his fuerunt cōfecte que in Ci-
ſtercio ſeruant̄/ſingulisqꝫ annis ex fructibꝰ dicte eccleſie plura
bona ad Ciſterciū mittebant̄. In graueſcentibꝰ autē bellis in-
ter Franciā ⁊ Angliam dicta eccleſia fuit de manibꝰ Ciſtercien
ſiū ſublata qͣmqꝫ dictis guerris nullā dediſſēt cauſam/⁊ priora-
tui de Brindelingtoñ ordinis canonicorū beati Auguſtini vi-
cino iñ cuſtodiā cōmiſſa. Sed nō obſtātibus diligētijs ⁊ expē-
ſis maximis Ciſtercienſiū necdū recuperari potuit/licet inclite
memorie dn̄s Ricardus rex qui nō eſt diu vt dicitur in bello fu
it occiſus/multa deuotione accenſus ſollicitatoribꝰ noſtris ꝓ
miſiſſet/aut eccleſiam illam ordini reſtituere/aut aliā eiuſdem
valoris ordini liberaliter dare vt dicti anniuerſarij bonorūqꝫ
ſpūaliū que ſiunt in toto ordine particeps redderet̄.

Donū dn̄i Bele regis Ungarie de liber-
tatibꝰ ordini cōceſſis/videlicet ꝙ ꝑſone
ordinis in regno ſuo ⁊ terra ſua ea vtan-
tur libertate qua in Francia vtunt̄. Et ꝙ
poſſint ſecure intrare exire dictū regnū
cum voluerint.

Ego. b. dei gratia Ungarie/Dalmacie/Croacie/Rameqꝫ
rex. Notū volo fieri pſentibus ⁊ futuris ad petitionē dilectiſſi-
mi noſtri P. abbatis Ciſtercij omnibꝰ clauſtris Ciſtercieñ ordi
nis que conſtructa vel cōſtruēda ſunt in regno meo/me ꝓpria
benignitate indulſiſſe/vt ea libertate in tota terra mea vtant̄
quā in Francia obtinere noſcunt̄/indulſi etiā eiſdē vt vbi reg-

ni mei turbatio impedierit liceat eis qui noti fuerint in eiſdem clauſtris/ ⁊ ꝑ eos etiã ignotis monachis vel cõuerſis cũ ſeruiẽtibus eorum libere ingredi ⁊ egredi cũ neceſſitas eoꝝ exegerit. Et vt hoc ratum inꝑpetuũ habeatur/ ſigilli noſtri impreſſione muniui preſentib⁹ Petro abbate Ciſtercij. Uuicel' abbate de Pariſio/ Guill'mo priore Ciſtercij / Petro ⁊ Seruis monachis Ciſtercij/ Saulo cancellario meo/ ⁊ magiſtro Criſpino. Anno ab incarnatione dñi M.c.lxxxiij.

Carta dñi Bele regis Ungarie per quam dat ſancto cõuentui Ciſtercij in ſubſidiũ expeñ quas ſingulis annis ad vſum capituli generalis ſunt facturi/ certas eccleſias intus nominatas pleno iure ad ipſum tunc ꝑtinentes in quibus dioceſanus nihil iuriſdictionis habet. Promittitqꝫ ſoluere eiſdẽ Ciſtercieñ quolibet anno centum marchas argenti donec ipſi pacifice illis gaudeant eccleſijs.

Bela dei gratia Ungar'/ Dalmac'/ Croac'/ Rame/ Serme/ Galic'/ Lodoñ/ Cumanieqꝫ rex vniuerſis chriſtifidelibus ꝑſentẽ paginã inſpecturis. Salutẽ in vero ſalutari. Qua bone rei conſenſum ꝑbere ⁊ ꝑſentis vite ſubſidiũ ⁊ future remunerationis expectat premiũ vt diuini operis fructum circa pietatis opera ꝓpenſius exequentes temporalia felici cõmercio ſempiternis cõmutemus/ ⁊ vt regularium viroꝝ qui iuxta euangelicam veritatem ⁊ regulam beati Benedicti relictis omnibus chriſto/ ſpretis diuitiatum iactantijs/ iugiter inherentes mente deuota famulantur vtilitatibus ꝓuidentes eorundẽ ꝑcibus

noſ ac noſtri ſucceſſores vnacū regnis noſtre iuriſdictioni ſub-
iectis in pace ꝑpetua ꝑſeuerent ſancto ac venerabili cōuentui
monaſterij Ciſtercij in ſubſidiū expenſarū quas annis ſingu-
lis ad vſum generalis capituli totius ordinis ſunt facturi quaſ
dam eccleſias in Burcia in partibus trāſiluanis/ videlicet ca-
ſtrum ſancte Marie/montē ſancti Petri/montē mellis/ ⁊ tar-
tilleri/in quib⁹ dioceſanus epūs nihil iuriſdictionis obtinet/
ſed ad nos ſpecialiter ⁊ immediate ꝑtinet/ cū ꝓuentibus ⁊ iu-
ribus ac omnibus ſuis ꝑtinentijs duximus ꝯferendas. Statu
entes futuris tēporibus inuiolabiliter obſeruari vt infra par-
rochias ſeu territoriū dictarū eccleſiarū nulli deinceps abſq̧
ipſorū cōſenſu eccleſia vel capella de nouo cōſtruatur/nec alta
ria erigant̄/nec cimiteria cōſecrentur. Si vero ipſorū ꝑmiſſio-
ne ⁊ conſenſu edificata fuerit/ad eoſdem fratres pleno iure de-
uoluant̄. Verū quia tēpore noſtre collationis eccleſie ꝑnomi-
nate nondū vacabant/ ⁊ ideo Ciſtercieñ earū ꝓuentus ad ple-
num adipiſci nō poterant/ordinauimus ⁊ inuiolabiliter volu-
mus obſeruari/ vt hi qui earūdē eccleſiarū ꝓuentus ad p̄ſens
ꝑcipiunt fratribus Ciſtercieñ/ vel eorū nuncio vnā marcā argē
ti de qualibet eccleſia ſingulis annis in aſſumptiōe beate Ma
rie ſoluere teneant̄/omni ꝯdictōe ⁊ dilatōe ceſſante/ vt ex h evi
denter appareat eaſdē eccleſias nomine Ciſtercieñ quo aduixe-
rint detineri/ ⁊ ius patronatus ad ipſos Ciſtercieñ in ꝑpetuū
ꝑtinere. Interim aūt q̄ p̄fatis eccleſijs vacantib⁹ Ciſtercieñ ea
rum ꝓuentus ad plenū valeant poſſidere ſingulis annis in aſ
ſumptione beate Marie de camera noſtra apud Strigoniū
centū marcas argenti eiſdē Ciſtercienſib⁹ integraliter ꝑſolui fa
ciemus. Sed poſtq̄ p̄dictas eccleſias libere poſſederint nos a
ſolutione centū marcarū erimus expediti. Vt igitur hec noſtre
conceſſionis pagina inuiolabilis in poſterū ꝑſeueret eam dupli
cis ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datū Bude per
manus magiſtri Stephani aule regie cancellarij ⁊ ꝑpoſiti titu-
leñ Strigonieñ ſede vacāte/venerabili Vgulino Coloceñ ar-
chiepō/Bartholomeo quinq̧ eccleſieñ/Gregorio Jaurieñ epō
Cleto Agrieñ/Bartholomeo Veſp̄mieñ epō/Mathia Vacieñ

ep̄o ⁊ Poſtulato Stringonieñ/Regnaldo vtraſiluano epiſco-
po/Stephano zagrabieñ/Baſileo cenadieñ/Benedicto Va-
radieñ epiſcopis eccleſias dei feliciter gubernātibus/Benedic
to p̄poſito budeñ ⁊ aule regie vicecancellario/Thoma p̄poſito
ſancti Laurentij ⁊ cōmite capelle noſtre/Dioniſio palatino et
comite de zomuk/Johāne dn̄o ſyrmie ⁊ comite poachieñ/An
drea comite poſonneñ ⁊ iudice curie noſtre/Dominico magi-
ſtro teuuarnicoꝝ ⁊ comite brichorieñ/Matheo magiſtro dapi
feroꝝ ⁊ comite nitrie/Dioniſio magiſtro agaſonū ⁊ comite ti-
miſieñ/Laurētio magiſtro pincernarū ⁊ comite agaſonū/Pē-
ſa vuiao vuoda Oſlubano de zeurē demetrico comite brudugl
Blaſio comite de keuue/Paulo comite albeñ/Balduino comi
te ferreicaſtri/Chaku comite ſupurmieñ/Luca comite muſu-
neñ/Demetrico cenadieñ/Saulo orodieñ/⁊ ceteris q̄pluribus
comitatus regni noſtri tenentibus. Anno gratie M.cc.xl.xij.
kl'. Aprilis. Regni autē noſtri Anno quinto.

Donatio p̄cedens in duabus cartis ſollēniſſimis cōtinetur.
Quarū altera ſigillo aureo eſt munita.

Dominus Hugo dux Burgundie veni-
ens ad capitulum generale Cistercij ⁊ ſuſ
ceptus ad participationē beneficiorum
⁊ orationum ordinis cōcedit omnibus
abbatijs ordinis q̄ ſecuri pergāt per ter
ram ſuam portentq̄/ ducant/ et vendant
res proprias abſq̄ pedagio/minagia/vē
ta ⁊ omniū alia coſtumia.

Anno ab incarnatione dn̄i M.c.lxx. Ego Hugo dux Bur-
gundie fui in generali capitulo Ciſtercij ⁊ ibi per manus Gui-

chardi archiepiſcopi Lugdunēſ/ ⁊ Petri archiepiſcopi Tharē
taſieñ/ ⁊ Alexandri abbatis Ciſtercij/ ⁊ omniū abbatū qui ade
rant in beneficijs ⁊ orationibꝰ totius ordinis ſuſceptus pro re
medio anime mee ⁊ parentum meorū eis largitus ſum vt fra-
tres de omnibus abbatijs ipſiꝰ ordinis per omnē terram meā
ſecuri pergant res ꝓprias abſqꝫ vllo pedagio / minagia/ vēta/
⁊ omniū alia coſtuma ducant portent ⁊ vendant ⁊ ad ꝓprios
vſus neceſſaria emant. Et ne donū hoc mihi ⁊ ipſis tam vtile
ab aliquo dei inimico ⁊ noſtro infringatur/ ſigillo meo cartam
hec continentē cōmunio. Factū eſt donū hoc in generali capi-
tulo Ciſtercieñ ſicut preſcriptū eſt coram archiepiſcopis ⁊ ab-
batibus qui cōuenerant preſente auunculo meo comite Ste-
phano de Sencerre/ Guiardo de Fauermi/ Gulhelmo de Or-
gul/ ⁊ multis alijs.

Dominus comes Burgundie concedit omnibus abbatibus sancti ordinis Ciſtercieñ in capitulo generali publica vectigalia ad redditum thelonei ſui pertinētia/ ⁊ quaſcunqꝫ exactiones que ſolent exigi a vendentibꝰ/ ementibꝰ/ ⁊ tranſeuntibus per dictū comitatum.

Raynaldo dei gratia Venerabili Ciſtercieñ abbati omni-
buſqꝫ eiuſdē ſancti ordinis abbatibꝰ Raynaldus comes Bur-
gundie Salutem. Memini quōdā me in capitulo Ciſtercieñ
in preſentia domini Stephani abbatis publica vectigalia ad
redditū thelonei noſtri pertinētia/ ⁊ quaſcūqꝫ exactiones que
a vendentibus/ ſiue ementibus/ ſeu tranſeūtibus ſollenniter
ſolent exigi in toto comitatu meo omnibus veſtri ordinis ho-
minibus in memoriā mei ⁊ parentum meorum imperpetuū re
miſiſſe. Quod vt firmū ⁊ inconcuſſum deo auctore ꝑmaneat/

litteras iſtius donationis ſigilli noſtri munitione dotatas per dominū Poncium abbatē Specioſe vallis ad ſanctitatē omnium veſtrum direximus. Teſtes huius doni ſunt Petrus de treua/Decanus ſancti Stephani ⁊ archid. Hieremias de roiſe Uido liabbas/Stephanus de chenuis.

Dominus comes palatinus Burgundie concedit omnibus abbatib⁹ ſancti ordinis publica vectigalia ſui thelonei in dicto comitatu ⁊ quaſcunq; exactiones que a vendentibus/ementibus/ſeu tranſeuntibus exigi ſolent.

Guidoni dei gratia Venerabili Ciſtercien̄ abbati/omnibuſq; eiuſdē ſancti ordinis abbatibus. Otho dei gratia palatinus comes Burgundie Salutē. In memoriā mei ⁊ parentū meorum publica vectigalia ad redditū thelonei noſtri pertinētia ⁊ quaſcunq; exactiones que a vendentibus ſiue emētibus ſeu tranſeuntibus ſollēniter ſolent exigi in toto comitatu meo omnibus veſtri ordinis hominib⁹ ſicut auus meus Raynandus ſcʒ pie memorie imperpetuū conceſſit ⁊ nos concedimus. Quod vt firmū ⁊ incōcuſſum permaneat litteras iſtius donationis ſigilli noſtri impreſſione munitas/ad ſanctitatē oīm veſtrum dirigimus. Et quicunq; hanc donationē frangere preſumpſerit/iram ⁊ indignationē noſtram ſe ſciat incurſurū. Teſtes hui⁹ rei ſunt magiſter Daniel/Hugo monach⁹ Ciſtercien̄/Fromundus de tremolai/Uilhelmus de peſmes.

Dominus rex Danorū ⁊ Sclauorum cōcedit fratribus de Ciſtercio vt quotiens

viſitatores eorum venerint ad partes ſuas habeant vite neceſſaria gratis ab exactoribus et villicis ſuis/et ſint liberi a theolonei exactione.

V. dei gratia Danorũ Sclavorũ rex omnibus in regno ſuo cõſtitutis. Salutẽ ⁊ gratiam. Significamꝰ vobis qꝺ miſericordie ⁊ pietatis intuitu fratribꝰ de Ciſtercio hanc cõceſſimus immunitatẽ vt quotienſcũqꝫ viſitatores eorũ ad partes noſtras venerint/apud exactores noſtros ⁊ villicos gratis habeant vite neceſſaria/⁊ in foris ⁊ in portubꝰ ſuꝑ rebus quaſcũqꝫ cõparauerint vel quocũqꝫ modo habuerint immunes ſint ⁊ liberi a theolonei exactione. Et ne quis huic noſtre donationi cõtraire audeat/ipſam ſigilli noſtri impreſſione ⁊ litterarũ teſtimonio cõfirmamus. Quod ſi quis cõtra hanc noſtrã libertatẽ venire preſumpſerit/indignationẽ noſtrã ſe nouerit incurſurũ. Datũ Anno incarnati verbi M.cc.xxix. vj. Nonas Martij.

Dominus comes Lugdunẽ ⁊ Forẽ remittit pedagium ⁊ leidam pro omnibus rebus eorum qui ſunt ſub obedientia abbatis Ciſtercij que transferuntur per terram ſuam.

Beatiſſimo patri ſuo ⁊ domino cariſſimo dei gratia Ciſtel domus ſanctiſſime abbati ſanctiſſimo G. Lugdunẽ atqꝫ Forẽ comes qualiſcũqꝫ ſeipſum ⁊ ſua/pedagiũ ⁊ leidam ꝓ rebus veſtris ꝓprijs in terra mea vbiqꝫ vendendis ⁊ emẽdis vel trãſferendis tam vobis ꝙ alijs omnibus ſubditis vobis ⁊ obedientibus imperpetuũ diuino intuitu remitto/ſicqꝫ ab heredibus meis voluntatis mee diſpoſitione inuiolabili tenendum

eſſe ꝑmitto. Veſtre autẽ ſanctitati pater optime ſupplicare nõ ceſſo quatenꝰ abbatũ veſtrorũ omnibꝰ orationibus me peccatorem miſerũ ⁊ mandatorum dei tranſgreſſorẽ infeliciſſimũ cõmẽdare dignemini ſingulis ſi placet iniungẽdo / vt ⁊ ipſi reuerſi fratrum ſuorum orationibus me et mea commendare dignẽtur. Val.

Comes Foreñ. confirmat donationem factam per patrẽ ſuum omnibꝰ abbatijs ordinis de pedagio leida ⁊ omni exactione omnium rerũ ordinis que portãtur per terram ſuam.

Ego Hingo dei gratia comes Foreñ Notũ volo fieri omnibus pñtes litteras inſpecturis qđ bone memorie Hingo pater meus dedit deo ⁊ beate Marie Ciſtercij fratribuſqꝫ ibidem deo ſeruientibus. Sed ⁊ omnibus abbatijs eiuſdẽ ordinis pedagiũ / leidam / ⁊ omnẽ aliam exactionẽ pro rebus ſuis ꝓprijs in tota terra ſua vbiqꝫ vendendis vel emendis vel transferendis. Ego quoqꝫ ꝑ remedio anime mee ⁊ vxoris ⁊ eiuſdẽ patris mei predictã elemoſynã concedo / laudo / ⁊ pñtis ſcripti ſigilliqꝫ mei teſtimonio cõfirmo. Actũ anno dñi Milleſimo ducenteſimo viceſimoquinto.

Dominus vicecomes Maſſilieñ cõcedit omnibus de ordine qꝫ ſecuri trãſire poſſint per vrbem Maſſiliam ⁊ per omnem terram ſuã / necnon vendere ⁊ emere abſqꝫ omni exactione vt ſit particeps orationum ordinis.

Reuerentiſſimo G. dei diſpoſitione Ciſtercieñ abbati vni
uerſoq; ſanctorū patrū capitulo. R. Ganfredi cognomēto bar
ralio euſdē gratia vicecomes Maſſilie indeficientē in ſancta
ꝓfeſſione leticiam. Quī teſte humani generis redemptore/ nō
habēt opus ſani medico ſed qui male habent/ multis ⁊ immē
ſis peccatorū depreſſus grauaminibus diuina fauente gratia
remedia a potentib⁹ ſubueniendi expoſtulo. Siquidē ab om
nipotentis dei ineffabili bonitate ingenti impietate ⁊ iniquita
te mea longe factus niſi forte in eo dixerim eſſe mecum qd gra
tia ipſius iniquitatē meā ego cognoſco/ ⁊ peccatū meū coram
me eſt ſemꝑ ad eius aſſeſſores ⁊ collaterales atq; ipſo teſtante
amicos/ id eſt ad vos orationū veſtrarū ſuffragia implorando
cōfugio. De veſtri ergo ordinis abundanti caritate cōfiſus ab
ſens licet corpore p̄ſens tamē mente inſtanti deuotione depo
ſco vt me in fratrem ⁊ fidelem recipiatis/ ⁊ ꝓ anima bone me
morie fratris mei Guilhelmi groſſi iuges dn̄o preces fundatis
⁊ vtrunq; omniū bonorum veſtrorū participē faciatis/ atq; in
gens miſſarū debitū quod pro eo teneor perſoluere intuitu ca
ritatis ſi placet ex parte releuare curetis/ vt a nobis ſemper im
pleatur quod apoſtolus p̄cepit/ Alter alterius onera portate/
⁊c. Ego enī qui ſpiritualia a vobis requiro non quidē indignū
ſed paruum duco cū temporalia vobis porrigo hoc tamē con
cedo laudo ⁊ iure ꝑpetuo confirmo qd ſicut abbates veſtri or
dinis qui mihi vicini ſunt/ ita ⁊ omnes longe vel ꝓpe poſiti li
beri ⁊ ſecuri ab omni exactione in vrbe Maſſilia/ ⁊ per omnem
terram meam eant ⁊ redeant vendentes ⁊ ementes queq; ſibi
fuerint neceſſaria.

Dominus comes Flandr̄ ⁊ Virom̄ intu
itu fraternitatis ordinis ſibi cōceſſe dat
vniuerſis fratribus ordinis vt ipſi cum
vniuerſis que ipſorum ſint tranſire poſ-

ſint per terram ſuam liberi ab omni tra-
uerſo ⁊ pedagio.

Viris venerabilibus dominis ⁊ amicis cariſſimis abba-
ti totiq; capitulo Ciſtercieñ ordinis Ph. Flandr̄ et Viroñ cō-
mes Salutē ⁊ ſincerā dilectionē cum plenitudine voluntatis
vniuerſitati veſtre grates copioſius refero de fraternitatis ve-
ſtre cōmunione que mihi a veſtre caritatis liberalitate proxi-
mo anno benigne indulta eſt/ Unde ⁊ vniuerſis fratribus or-
dinis veſtri liberaliter concedo vt ipſi cum vniuerſis que ipſo-
rum ſunt ad vſum eoꝝ neceſſaria ab vniuerſo trauerſo ⁊ peda
gio liberi ꝑ terram meā tranſeant inꝑpetuū.

Domin⁹ Girardus comes Matiſconeñ
cupiens fieri particepſ orationū ordinis
dat omnibus fratribus eiuſdē ordinis
liberam poteſtatē eundi ducendi ⁊ ven-
dendi res ꝓprias ⁊ emendi per omnē ter
ram ſuam ⁊ per aquas abſq; pedagio vel
alia exactione recipitq; omnes fratres or
dinis ⁊ res eorum in ſua tuitione et cu-
ſtodia. ⁊c̄.

In dei nomine Ego Girardus comes Matiſconenſis
cupiens fieri particeps orationum ⁊ ſpiritualium beneficio-
rum fratrum ordinis Ciſtercij pro remedio anime mee ⁊ paren
tum meorum in generali capitulo abbatū ordinis Ciſtercij de
di ⁊ conceſſi omnibus fratribus ipſius ordinis liberam pote-
ſtatem eundi/ducendi/portandi/⁊ vendendi res proprias et
emendi ad omnia ſibi neceſſaria per omnem terram meam ⁊
per aquas abſq; pedagio ⁊ omni alia exactione vel coſtuma

Omnes etiã fratres ordiniſ Ciſtercieñ ⁊ omnes res eoꝝ in tuitione mea ⁊ cuſtodia recepi/ vt libere ⁊ ſecure per totã terram meã ipſi ⁊ res eorum eant ⁊ veniant/ ⁊ ſi forte damnũ aliquod in terra mea ipſi aut res eorũ fecerint capitale reddendo liberi ⁊ quieti remaneant. Huius rei teſtes ſunt magiſter Arpin⁹ notarius meus/ Vilhelm⁹ de chamijs/ Vilhelmus de ceis/ Humbertus de paerna. Vt autẽ hoc donũ ratum ſemꝑ ⁊ inconcurſum permaneat ſigilli mei impreſſione cartam hanc confirmo. Anno ab incarnatione dñi Milleſimo centeſimo ſeptuageſimotertio. Rege Luduico regnãte.

Dominus montis beleti dat omnib⁹ abbatijs ordinis Ciſtercieñ liberum tranſitum ꝑ terram ⁊ aquam in tota poteſtate ſua ſine pedagio exactione ⁊ ſeculari conſuetudine.

Ego Delardus dñs montis beleti volo notũ fieri preſentes litteras inſpecturis/ quod Delardus pater meus ꝓ remedio anime ſue ⁊ omniũ tam predeceſſorum q̃ʒ ſucceſſorũ ſuorũ me pſente ⁊ laudante dedit beate Marie Ciſtercij ⁊ fratribus ibidẽ deo ſeruientib⁹ ſed ⁊ omnib⁹ abbatijs Ciſtercieñ ordinis in ꝑpetuã elemoſynã liberũ tranſitũ ꝑ terrã ⁊ aquã in tota poteſtate mea ſine omni pedagio ⁊ exactione ⁊ cõſuetudine ſeculari de omnib⁹ rebus ſuis/ ⁊ hoc ipſum laudauit Agnes mater mea. Vt autẽ illa donatio maiorẽ obtineat firmitatẽ ego ipſã preſentis ſcripti ⁊ ſigilli mei patrocinio cõfirmaui/ ⁊ venerabilem Pontiũ Matiſconeñ epm diligenter rogaui/ vt hoc ipſum ſigilli ſui appoſitione muniret/ ita qđ ſi ſucceſſu tẽporis aliquis cõtra pdictã donationẽ veniret pfatus epus ⁊ ſucceſſores eius in illum excõicationis ſententiã ꝓmulgarent. Ego igitur Pontius Matiſconñ epus preſcripte donationis ſcripto ſigillũ meũ appoſui ad pces viri nobilis memorati.

Dominus Virduni in capitulo generali dedit toti ordini pedagia ⁊ ventas ⁊ ꝗcquid de iure ſuo exigi poteſt.

Ego Guido dn̄s virduni Notū eſſe volo pſentibus ⁊ futuris qđ hieroſolymā ꝓfecturus veni Ciſterciū videre fratres et eorū orationibꝰ iter meū cōmendare. Cū ergo eſſem in capitulo dedi eccleſie Ciſtercien̄ ⁊ toti ordini pedagia ⁊ ventas / ⁊ ꝗcquid de iure meo exigi pōt / tam ꝑ terram ꝙ̄ per aquā in omni poteſtate mea vt videlicet res ꝓprias ferre ac referre ⁊ vendere / ⁊ quod ad vſus ꝓprios neceſſarium fuerit emere libere poſſint abſqꝫ omni exactione. Hoc idē conceſſi eccleſie ſancti Stephani Diuionen̄ ⁊ grangijs eius. Huic donationi pſentes erāt Heruenis abbas ſancti Stephani Diuion̄ / ⁊ Garinus canonicus eius / Guido acbermus ⁊ Will's fratres. Ipſum donū poſtea apud Virdunū laudauit mater mea Accelma / ⁊ vxor mea Achacia pſente auunculo meo Artallo / Joſbto de Salmacia / Riuardo de paſchis / ⁊ pluribus alijs. Actū eſt hoc anno incarnationis dn̄i. M.c.lxxiiij. ꝑ manū domini abbatis Ciſtercien̄ Alexandri. Laudauit etiā hoc donū filius meꝰ Guido.

Dominꝰ de impouualdo remittit toti ordini Ciſtercien̄ pedagiū ⁊ omnē exactionem per totā terram ſuam.

Notum ſit omnibus tam futuris ꝙ̄ preſentibꝰ qđ ego Almaricus dominus de impouualdo remiſi toti Ciſtercien̄ ordini per vniuerſam terram meā pedagiū ⁊ omnē exactionē ita vt omnes tranſeuntes ab omni conſuetudine ſint liberi ⁊ quieti. Teſtes Alexander Ciſtercij / Petrus accincti / Jacobus caritatis / Gerardus theoloci abbates / Comes Stephanus / Wilhelmus de creo / Rainaldus de monte bys.

Domin⁹ Caſtri Jureñ alias Myroaz cõcedit omnib⁹ habitũ ⁊ tonſuram Ciſtercieñ ordinis habentib⁹ liberũ tranſitum per omnẽ terram ſuam ꝓ ipſis et rebus eorum abſq; pedagio ⁊ exactione.

Ego Henricus dominus caſtri Jurenſis qđ alio nomine dicitur Myroaz laude ⁊ aſſenſu Amaldrici ⁊ Hugonis filiorũ meorũ concedo imppetuum liberum trãſitũ per omnẽ terram meã omnibus qui habitũ ⁊ tõſuram Ciſtercieñ ordinis habuerint tam ſibi ꝙ vecturis ⁊ rebus ſuis abſq; pedagio ⁊ abſq; vlla exactione ꝓ remedio anime mee ⁊ anteceſſorum meorũ in teſtimoniũ huius cõceſſionis preſenti pagine ſigillũ meum appoſui. Actũ anno dñi M.cc.xxvij.

Dominus de Melin dat vniuerſis eccleſijs Ciſtercieñ ordinis pedagiũ quod habet apud melin ⁊ in tota terra ſua de omnibus rebus quas duxerint vel portauerint ⁊ occaſione eius fecerunt eum participem omniũ bonorum que fiunt in domibus eorum.

Nouerint vniuerſi preſentes litteras inſpecturi qđ ego Goſſuinus miles de Melin aſſenſu Uiſille vxoris mee ob peccatorũ noſtrorũ ⁊ anteceſſorũ noſtrorũ remediũ aſſequendũ in perpetuã contuli elemoſynã vniuerſis eccleſijs Ciſtercieñ ordinis pedagiũ qđ habeo apud Melin ⁊ in tota terra mea de omnibus reb⁹ quas duxerint vel portauerint ꝓprijs vecturis ſiue cõducticijs in vſus ꝓprios expendendis/ipſi vero his bñficijs

191

non ingrati nobis omniũ bonorum que in domibus ſuis faciunt ⁊ de cetero fient participiũ conceſſerunt/ in cuius rei teſtimoniũ preſens ſcriptũ ſigilli noſtri appenſione duximus roborandũ. Actũ anno dñi M.cc.xxiij.

Comes Maurian̄ accipit in ſuã cuſtodiã fratres Ciſtercien̄ intrãtes in terrã ſuã.

Thomas comes Maurian̄ ⁊ in Jtalia March omnib' caſtellanis ⁊ miniſterio ceteriſq3 fidelibus ſuis ad quos preſentes littere puenerint Salutẽ ⁊ omne bonũ. Noueritis qd nos accepimus in noſtrã cuſtodiam fratres Ciſtercien̄ qui veniunt ad emendos piceos in terrã noſtram rationẽ faciendo ⁊ accipiendo vnde vobis p̄cipimus vt ipſos ⁊ eorũ res ab omni homine defendatis. Actũ in villanoua Anno gratie. Milleſimo ducenteſimo decimonono kl. Januarij.

Alij innumerabiles incliti ſſimi tam Aragonũ/ Caſtelle/ Nauarre// Portugallie/ q3 reliqui orbis reges/ duces/ comites/ p̄ncipes/ barones milites/ potentes cõmunitates/ ⁊ etiam plures archiepiſcopi/ epiſcopi/ ⁊ p̄ſules vicarij chriſti/ apoſtolorũ ſucceſſores ampliſſimos fauores/ priuilegia/ libertates/ gratias/ cõmoditates Ciſtercio ordiniq3 Ciſtercien̄ ĩtuitu ſanctimonie ⁊ deuotionis eorũ contulerunt/ quas ſi magis in ſpeciali declarare vellemus/ tediũ forte multis afferemus.

Breuis quorundã ſanctorũ ac beatoꝝ enumeratio ex ampliſſimo eorum numero qui ſub huius ſacri Ciſtercien̄ ordinis habitu ⁊ obſeruantia altiſſimo pure famulando ob probatam vite ſanctimoniã p̄claramq3 ⁊ euidentẽ miraculorum oſtenſionem/ feliciter cum eo regnare creduntur/ a libro qui exordium Ciſtercij dicitur/ a vita ⁊ operibus beati Bernardi/ a multis ſanctorum hiſtorijs ⁊ tractatibus ⁊ ab noſtris itinerarijs/ in diuerſa ordinis monaſteria per varias mundi regiones luſtrãdo

⁊ reformando cõfectis extracta. Quorũ vbi quos dominus per
ſancte matris eccl'ie determinationẽ in ſanctorũ cathalogo cõ-
ſcribi ⁊ elevari voluit/ merito ſancti/ alij vero beati/ ꝓprie dicũ-
tur. Licet quãdoqꝫ vnũ ꝓ alio ponatur.

In Ciſtercio potiſſime inter ceteros floruerunt abbates ⁊
ſancti/ Robertus/ Albericus/ Stephanus/ Raynaldus/ Go-
uuinus/ Faſtredus/ Gillebertus/ Alexander/ Conradus/ cuius ſi-
vt in libro de apibus habetur digiti ſacrati nocte ſtudendo ꝓ
candela lucebant/ Johannes/ duo monachi/ Bernardus pre-
fati Stephani filiꝰ ſpiritualis/ qui ⁊ ipſm primũ Clareuallis abb
batẽ inſtituit/ Hugo poſtea Põtigniaci abbas/ Johãnes poſt
modũ Boneuallis venneñ abbas primꝰ/ Gerardus pridẽ mi-
leo ſtrẽnuꝰ bti Bernardi frater germanꝰ cellarariꝰ Clareuallen̄ ſi
Hubertus/ Guerricus ſequẽti tempore primꝰ Igniaci abbas/
Hugo/ Stephanus/ Balduinus/ Algothus/ ⁊ alij plures libro
ſecũdo vite beati Bernardi enumerati/ Rogerus deinde pri-
mus Ellanci abbas/ Johannes poſtmodũ Valeñ epiſcopus/
Alij inumerabiles ſacri huius ordinis inſtitutores/ Quorum
plures e Ciſtercij gremio ad diuerſorũ monaſteriorũ fundatio
nem miſſi fuerunt/ alij ibidẽ in chriſto quieuerunt. Tanto ſan-
ctoꝝ numero aggregari meruit in Ciſtercio frater Alanus ma
gnus/ doctor famoſus/ ⁊ humilis cõuerſus. In Pontigniaco
abbates/ p̄dictus Hugo/ qui poſtmodũ Antiſiodoreñ epiſcopꝰ
Guichardus poſtea Lugduñ archiepiſcopus/ In Claraualle
abbates prelibatus Bernardus ex Ciſtercio directꝰ/ Rober-
tus ex diuio/ Ganfridus fidelis olim Bernardi notarius/ Põ
tius ex Grandiſilua/ Gerardus etiã martyr ex foſſa noua/ Pe-
trus monoculus/ Henricus poſtea cardinalis. Monachi/ Ger-
hardus p̄fatus beati Bernardi germanus cellarariꝰ/ Hubertꝰ
prior/ Godefridus poſtea Lingoneñ epiſcopus/ Siluanꝰ/ Ber
nardus/ poſtmodũ papa Eugenius. iij. ⁊ alij plures/ In Bar-
bona Jacobus furnerij/ poſtea papa Benedictus. xij. In Ka
roliloco abbas fuit Guill'o/ vel Vill'mus/ poſtea Bituriceñ ar-
chiepiſcopus qui antea in Pontigniaco profeſſus ⁊ in fonte

Johãnis abbas fuerat/ Jn Stamedio Petrus abbas/ ⁊ poſt
modũ Tharentaſieñ archiepõ/ cuius corpus in Belaualle qui-
eſcit/ habitũ ordinis longo tẽpore tuliſſe dicunt/ Thomas Cã
tuarienſis archieps/ ⁊ Edmundus in Pontigniaco quieſcens/
necnõ Guilłmus quondã abbas ſancti Theoderici qui ꝑ par-
te vitã Bernardi cõpilauit/ Jn Bonaualle vienneñ abbates
p̃fatus Johannes poſtmodũ epũs Ualentinus/ ⁊ Hugo mire
ſanctitatis/ Jbidẽ Amedeus monach⁹/ Jn Grandiſſilua Ber-
trandus abbas ⁊ Guilłmus quondã Mõtiſpeſſulani dñs mo
nachus/ necnõ cõuerſus ille quẽ hiſtorie dicũt nihil preter hec
duo vocabula/ Aue Maria/ ſciuiſſe/ ex cui⁹ ore poſt mortẽ iam
tumulato liliũ ꝓdüſſe/ ⁊ Aue Maria litteris aureis ſcriptũ fer
tur/ Jn alpibus Garin⁹ abbas/ Jn Fuſuiaco Reynaldus/ Jn
Jgniaco p̃fatus Garricus/ Jn elancio p̃libatus Rogerus/ Jn
Locedio Oglerus abbas/ Jn Mereola Froillanus poſtea Le
gionneñ eps/ Jn valle paradiſi caſtelle Martinus abbas/ Jn
Obaſma Stephanus primus abbas/ Jbidẽ alius Stephan⁹
prior/ Jn Ualkenreide Ulkinus primus abbas de Sichẽ/
Jn Frigido monte Helinãdus monachus ſollennis hiſtorio-
graphus/ Jn Longoponte Johannes quondã dñs de Mon
te mirabili monachus cui⁹ miri actus legũtur/ Jn Bono fonte
de tharesca Thomas prior/ Jn Bellalauda Anglie Uuilhel-
mus abbas/ Jn Reyualle Alridus monachus/ Jn Elemoſy-
na Chriſtian⁹ monachus/ Jn Sauigniaco Aymo monachus/
Jn Cheſiriaco Rolandus monach⁹/ Jn Haymelrode Dauid
monachus/ Jn ſigniaco Arnulphus quondam ſancti Nicaſij
abbas/ Et Gerardus quondã ſancti Floriaceñ abbas/ poſtea
ibidem monachi/ Jn Nouo monaſterio Hugo abbas/ Jn Ca
duino duo monachi quorũ alter Petr⁹ alter dicebat/
Jn Porta celi Hugo monachus/ Jn Bebenhuſen Giſebert⁹
prior/ Jn ſancto Bernardo friſie magiſter Ricardus/ ⁊ alius
Emanuel epiſcop⁹ Cremoneñ/ Jn partibus Haſſie in mona-
ſterio Hegena ſanct⁹ Conradus monachus ⁊ cancellarius ex
claro Baronũ ſanguine oriundus/ multa miraculorũ gloria cõ
tinue fulgens/ Jn ſancto Sulpitio Uitalis cõuerſus/ Jn ciui-

tate Placentina Franca monialis ⁊ abbatiſſa/ In monaſterio de Vallib⁹ ſernaij ſanct⁹ Theobaldus abbas/ In Siluabenedicta Podieñ dioceſ Margareta monialis ⁊ ſacriſta/ In Sconaugia Hildegundis que in habitu virili ſe fratrē Ioſeph nominans ibi ſub habitu nouiciat⁹ ſpiritū domino impollutum reddidit/ In monaſterio ſancte Walburgis Margareta ſancta monialis. Sunt ⁊ alij plures in diuerſis hui⁹ ſancte religionis locis famuli dei qui miraculorū claritate ſuam in dño ſanctitatē oſtenderunt/ circa quorū deſcriptionē diucius inſiſtere gratia breuitatis nō decreuim⁹/ in ſpiritu humilitatis eos omnes orando. vt ſicut ſub ſuaui iugo ſacre huius religionis altiſſimo placuerunt/ ſic etiā pij interceſſores ꝓ ipſius defenſione/ protectione/ ⁊ ad priſtinum ſanctimonie decus reductione efficiantur.

Paterna cōmendatio ordinis p dominū Alexandrum papā. iiij.

Alexander Epus ſeruus ſeruorum dei. Venerabilibus fratribus archiepiſcopis/ epiſcopis/ ⁊ dilectis filijs vniuerſis abbatibus in Ciſtercieñ capitulo congregatis. Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionē. Inter innumeras mundani turbinis tempeſtates/ quas contra eccleſiam dei ⁊ nos ipſos feruentis ꝑſecutionis procella cōmouit/ magnū nobis eſt preſtitū deo promedente remedium/ cū vniuerſitatis veſtre feruentiſſima caritas nec pericula timuit/ nec adminicula denegauit/ ex his videlicet retributionis cumulū ex illis auctore dño patientie cōſecutura triumphus meminimus plane/ ⁊ cū omniū gratiarū actione recolim⁹/ quā inuiolabili firmitate fluctuantē Petri naniculam fidei veſtre anchora ſeruauit in turbine/ qualiter etiā frequens orationū inſtantia

quaſi iterū dormientem in eadem nauicula ſaluatorē ingruen-
te ſuſcitauerit tempeſtate/ Ita vt ſepe numero magnitudine
ſtupefacti miraculi/ ꝛ ipſum glorificemus/quo mari ꝛ fluctibus
imperante optata cepit arridere tranquillitas/ ꝛ vos penitus
venerabiles habeamus/quorū nobis ſuffragantibus meritis
celeſtis credit̄ placata maieſtas. Accedit ad hec omnia dilecto
rum filiorū noſtrorū Ciſtercieñ ꝛ Clareualleñ abbatum ſollici-
tudo laudabilis ꝛ deuota/qui nō humano inſtictu ſed ſuperni
conſilij ſpiritu prouocati/pro pace vniuerſalis eccleſie labores
maximos ꝛ pericula ſubierunt/quod tanto nobis ꝛ fratribus
noſtris gratū eſt amplius ꝛ acceptū quantū eorum ſtudium et
laborem vniuerſe dei eccleſie magis cōfidimus profuturū/ ma
ximeqꝫ ſperamus/quod pia eorū inſtantia veſtris orationib⁹
inceſſanter adiuta ad ordinis honorē ꝛ cōmodum/ꝛ ad optate
pacis profectura ſit incrementū. Debitores ergo vobis pro tā
multiplici caritatis veſtre munere conſtituti vos ꝛ ſacrum or-
dinem quē ſeruatis/omni qua poſſumus affectione diligim⁹/
ꝛ eiuſdē ordinis profectibus ꝛ augmentis ampliſſimo ſtudio
prompte ſollicitudinis aſpiramus/ quandoquidem inutiliter
videremur/ſuperni agricole viciſſitudinem gerere ſi plantati-
onem quam plantauit dextera eius oportunis ceſſaremus im-
bribus irrigare. Eapropter vniuerſitatem veſtram per apoſto
lica ſcripta rogamus monemus ꝛ exhortamur in domino qua
tenus recolentes qualiter hec plantatio ſancta/ hec vitis fructi
fera/hec deniqꝫ vinea domini ſabaoth ſub primis ordinis pa-
tribus pullulauit/ ꝛ palmites ſuos longe lateqꝫ producens ad
mortifera circumquaqꝫ venena pellenda flores protulit ꝛ odo
res effudit/peruigili cuſtodia ſtudeatis eorum in omnibus in-
herere veſtigijs/per quos cooperante domino indeſerto mun-
di huius flos huiuſcemodi plantatus eſt honeſtatis/ hi quo-
niam monaſtice fragilitatis contentiſſimi profeſſores opti-
mum ponentes in paupertate principium/ totius efficientie
aſſecuti ſunt complementum/eccleſie clari epiſcopis ꝛ prelatis
accepti atqꝫ in conſpectu regum ꝛ principum fama et merito

glorioſi. De cetero nos ⁊ totum eccleſie ſancte negociū veſtris deuotis orationib⁹ cōmendamus/orantes ⁊ ipſi vt omnipotens pater in cuius eſtis nomine cōgregati ordinatiōes ⁊ opera veſtra in beneplacito ſuo diſponat/⁊ vos pariter ac ſubditos fratres ad ſpiritualia iugiter incremēta ꝓmoueat. Adhuc qui predictū Clareuallenſem abbatem pro ineuitabili neceſſitate promoueri de pacis ab aduentu capituli duximus retinēdum/eum a vobis petimus haberi excuſatum/ſicut ⁊ de ipſo Ciſtercieñ in patientia vos ſuſtinere rogamus ſi forte contigerit/⁊ eum pro tanta neceſſitate celebrato capitulo reuocemus. Datum Beneuenteñ. xiiij. kl. Auguſti.

Scriptum fauorabile Frederici imperatoris ad abbates ordinis Ciſtercieñ in capitulo congregatos in cōmendatione eorum ⁊ ordinis /peteñ in eorum fraternitate recipi/⁊ ſe defenſorem ordinis declarando.

VEnerabilibus In chriſto patribus et amicis dilectiſſimis omnibus abbatib⁹ Ciſtercieñ ordinis F. dei gratia Romanorum rex ſemp auguſtus ⁊ rex Sicilie. Salutē in domino/⁊ ad omne beneplacitū ipſorū paratū ⁊ expoſitum. Si iuxta veritatis vocem vbi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine domini noſtri ieſu chriſti ipſe in medio eorū eſt/quid credēdum eſt vbi nō ſolūmodo duo vel tres ſed tot nobiles athlete chriſti/tot excelſe colūne eccleſie ſue in nomine ſuo imo ad honorē nominis ſui de diuerſis mundi partibus coadunati ſunt ⁊ congregati niſi ꝙ ipſe in medio veſtrū habitat ⁊ ſpiritus ſu⁹

que͂ in vos ipſe tranſfudit/ ꝛ ſanctiſſima pectora veſtra ſeipſo inflammauit. De qua igitur re/ ſuccenſi flamma caritatis/ ꝓſenſeritis certiſſime obtinebitis et fiet vobis. Et quicq̄d poſtulaueritis patre͂ in nomine dilectiſſimi filij ſui domini Jeſu dabit vobis affluenter ꝛ non improperabit. Credimus eni͂ immo vere ſcimus ꝙ tanta eſt ſanctitas huius reuerendi ordinis tanq̄ eſt placens tanq̄ ſuaue ꝛ acceptabile holocauſtum orationum veſtraru͂ quod ei quotidie offertis ſub carnis veſtre maceratione ꝛ mortificatio͂e ꝙ omne id quod a creatore noſtro duxeritis petendu͂ cum pius ipſe ſit ꝛ promptus ad benefaciendu͂/ obtinebitis a multitudine miſerationu͂ ſuarum. Eſt etia͂ fides noſtra no͂ vtiq̄ parua/ ꝙ hic mundus qui lubricus ꝛ immu͂dus eſt ꝛ in maligno poſitus/ orationibus veſtris ſuſtentatur/ ꝛ a facie furoris illius tremendi iudicio/ cuius ira͂ peccatis noſtris accendimus defenſatur/ auertendo ſua͂ qua͂ meremur indignatione͂ Cum igitur hoc firmiſſime credamus ꝙ ab ipſo patre miſericordiarum pijs orationibꝰ veſtris impetretis quicquid ab ipſo in nomine vnigeniti filij ſui humiliter poſtulaueritis/ nos qui peccati pondere recognoſcimus oppreſſos nos eſſe/ omni humilitate/ omni deuotio͂e ab vniuerſis vobis ꝛ ſingulis qui in nomine chriſti hic co͂ueniſtis/ petimus ꝛ obſecramus omniu͂ precum inſta͂tia quatenus in fraternitate͂ veſtram nos recipie͂tes/ ꝛ in conſortiu͂ ſanctiſſimu͂ orationu͂ veſtrarum nos colligentes ſpeciales creatori noſtro preces effundere dignemini/ vt gratia ſua miſericorditer in nobis deleat ꝛ emendet quicquid hactenus co͂miſimus ex humana carnis infirmitate/ ꝛ in his que ſibi placita ſunt nos confirmare dignetur. Et licet peccatores ſimus/ cum tame͂ per ineffabile͂ miſericordiam Romani imperij gubernacula ſuſcepimus/ det ipſe nobis veſtro pio interuentu ſpiritu͂ iudicij ꝛ veritatis vt ſic ſub nobis regatur imperiu͂ ꝛ diſponatur vt ad laudem ꝛ gloria͂ nominis ſui ſancta ſua eccleſia qua͂ in ara crucis ſanguine ſuo redemit/ pacis gaudeat optata tranquillitate/ ꝛ nos poſt decurſum temporalis huiꝰ imperij/ vna vobiſcum ad imperiu͂ ſine fine manſurum peruenire poſſimus/ ꝛ ipſum videre in decore glorie ſue qui pro nobis hu-

miſſis ⁊ deſpectus fieri non deſpexit. Et quia hoc timore meri-
torum noſtrorũ obtinere formidamus/pijs orationib⁹ veſtris
hoc cõſequi poſſe ſperamus ⁊ optamus. Ceterũ quia ſignũ vi-
uifice crucis die nr̄e coronationis vt labore ⁊ ſtudio noſtro ter-
ra ſancta/terra illa quam calcauerunt pedes domini terra illa
in qua dominus ſalutem omnium noſtrum operatus eſt a ma-
nibus inimicorũ crucis chriſti/qui eam violenter detinent ca-
piatur/ſuppliciter petimus vt veſtris ſanctiſſimis orationibus
deſideriũ noſtrũ compleatur. Adhuc quia recognoſcim⁹ quia
omnino ea que diuina clemẽtia circa nos ⁊ in nobis miſericor-
diter ⁊ miſerabiliter operata eſt ꝑ dominũ ⁊ patrẽ noſtrũ ſum-
mũ pontificem ſicut per vicariũ ⁊ miniſtrũ ſuũ dignata eſt opẽ-
rari petimus humiliter ⁊ deuote vt qꝫ ad ꝑſoluendas debitas
gratiarũ actiones ꝓ tantis beneficijs/nos ipſos iudicamus in-
ſufficientes/vos vice ⁊ loco noſtro hoc apud ipſum velitis pijſ-
ſimis orationibus veſtris ꝓmoueri/vltimo orationib⁹ veſtris
nos recõmendantes ſcire vos volumus ꝙ omnibus dieb⁹ no-
ſtris huius ſanctiſſimi ordinis defenſores eſſe volumus et per
omnia facta ſua tanq̃ noſtra ꝓpria promouere. Datum apud
ſanctũ Naborem. xij. kl'. Septembris. Indictione. iij.

Pia ⁊ exhortatoria toti⁹ operis cōclusio.

Eya venerabiles ⁊ egregij patres/amantiſſimiq; ac deuotiſſimi fratres/ſacre huius religionis alumni ⁊ cultores ſpiritus veſtros nedū per capreas/hinnulosq; ceruorū ſed certe per viſcera miſericordie dei noſtri/per vulnera precioſiſſimūq; ſanguinē dn̄i noſtri Jeſu chriſti/ac p̄ illam eterne beatitudinis portionē quā ſub glorioſiſſimo regine celi mantello finaliter expectatis adiuramus/obteſtamur/interpellam⁹/hortamur ⁊ rogamus vt feruenti caritate cōſideratis p̄ſentis voluminis tenoribus/nobiliſſima ſancte religionis veſtre exordia atq; fundamēta attentius animo reuoluentes/ vos deinceps iugiter totos ſaltem in duobus ſine fictione paratos/efficaces/et beniuolos exhibeatis/Primū vt in omni vita ⁊ conuerſatione tanq̄ veri ſanctorum filij ⁊ ſucceſſores/ad petrā vnde exciſi eſtis/iuxta Eſaie commonitionē attendentes/exemplo eorum qui vos in ſancta vocatione iſta tam glorioſe preceſſerunt/ ſacri ordinis veſtri puritatem coram deo ⁊ hominibus obſeruare ſtudeatis Secundū vt ampliſſimo premiſſorū vigore priuilegiorū in religioſe dilectionis vniformitate ⁊ concordia/ vos et vobis cōmiſſa ſeu credita quecunq; bona murum defenſionis pro domo dei/religioneq; ſpeciali ſue intemerate genitricis conſtanti virtute opponatis. Eſt enim omniū religionum prima in ipſius virginis matris honorem dedicata/in qua ſub ſuaui ſancte reformationis iugo ⁊ obſeruantia/nō ſolum ſancti quorum nonnullos annumerare curauimus. Uerumetiā innumerabiles ex omni ſtatu mundi iter regni celeſtis vobis oſtenderunt. Nam crebro multi pontifices in vtroq; ſtatu reuerendi/ tante deuotionis odore attracti/ infulis depoſitis /ſimplicem cum dei famulis monachatum ducere gaudebant. Innumerabiles decani/ abbates/ archidiaconi/ cantores/ ceteriq; eccleſie/ necnon aliorum ordinum prelati/mēte humili/ pauperes chriſti/patres veſtros imitari ſtudebant/ſua etiam quandoq; loca ſacro ordini ſupponentes. Regum quoq; ac principum filij et nepotes/ nōnunq̄ ipſi principes/ reiecta glorie mūdialis

pompa/ad ordinis veſtri humilē paupertatē cōfluebant/quo-
rum nōnulli monachorū cucullā/alij conuerſorū barbā/ceteri
fratrū laicorū ſtatū eligebant/Nouū ꝑfecto ⁊ grande ſpiritua
lis milicie ſpectaculū/inclitū nuꝑ videre militē in ſeculo glorio
ſum delicijs affluentē/iam guſtato ſpirituali patrū veſtrorum
pane/ad chriſtū conuerſum cū hilaritate ſpiritus clauſtrū ſco-
pantē/coquine officijs prompte ſeruientē/bubulci/ouiſpilio-
nis ⁊ aurige ſeruitio hilariter incumbentē/pane ordeaceo/fa-
ba/lente/oleo ⁊ aqua ſuauiter reficientē/aliaſqꝫ religionis au-
ſteritates pre nimio regine celi amore claro pectore dulciter in
huius religionis ſimplicitate ferentē. Non ſolū aūt premiſſos
ſacra ſuſcipit religio/verumetiā innumerabiles doctores/phi
loſophos/rethores/medicos/dialecticos/iuriſcōſultos/ac the
ologos chriſto cum humilitate ſeruire edocuit/quorū nomina
ſcripta/opera ꝓclara/enarrare ſi volumus/nō minus ꝗ̄ ſtellas
celi numerare temptaremus. Sublimiū quoqꝫ exemplo ꝑſona
rum alij inferioris gradus ad ordinis veſtri gremiū cōfluebāt
nobiles/burgenſes/practici/mercatores/artifices laboratores
⁊ in plebe honorati diuites/qui temporalibus diſpoſitis opi-
bus ſe ⁊ quandoqꝫ cum ingenti maſſa auri monaſterijs dona-
bant. Ex quibus taliūqꝫ laboribus ſumptuoſa ceteris ꝑfecto
clariora regine celi in hoc ordine constructa ſunt edificia. Cui⁹
meriti religioſe ac chriſto deuote matrone participes fieri cupi
entes manus largas apponebant. Sic breui tempore ex quoli-
bet orbis ſtatu dn̄a mundi innumeros ſpeciales famulos fa-
mulaſqꝫ ſub hoc habitu celeſti acquiſiuit. Quid ergo iam nos
faciemus aut coram ſūmo deo dicemus/ſi quod abſit/tot qui
nos ꝓceſſerunt/qui viam paradiſi in mundo nobis oſtenderūt
qui loca religioni aptiſſima nobis parauerūt/libros/cartas/or
namenta/domos poſſeſſiones/amicos/ꝓuiſiones/⁊ queqꝫ ad
ſancte cōuerſionis obſeruantiam neceſſaria magnifice reliquē-
runt/deſides aut delicati milites ſeu indiſciplinati ſucceſſores
ſequi nolumus/aut certe cōtēnaremus hec ꝑfecto ſacra reli-
gio/que potior ad ſancte regule beati Benedicti obſeruantiā
reformatio dicitur prout ſanctiſſimi Bernardi aliorūqꝫ patrū

ſcripta tradunt peculiaris eſt in terris familia glorioſiſſime ma
tris domini cuius viuendi formã ſibi deuotis famulis primis
patribus noſtris inſpiraſſe certũ eſt. Nam vltra ſpirituales re-
uelationes intimaſqꝫ conſolationes ſepius fulgidiſſimo celi ci-
uium ſtipata comitatu eos viſitabat/etiã viſibiliter conſolaba
tur/edocebat/adiuuabat/dirigebat. Ob hoc ⁊ ipſa ſacri huius
ordinis patrona/domina/protectrix/ ⁊ aduocata nominatur/
ſicut ordo ipſe primus eſt omniũ ordinũ in eius honorem de-
dicatus/cuius habitũ tam monachorũ ꝙ̄ ſanctimonialiũ tra-
didiſſe fertur/cum tante dignitatis auctoritate/merito ⁊ virtu
te/vt diabolus nullam habeat poteſtatẽ in aliquẽ qui eo indu
tus moritur/ſaltem donec de ipſo iudex viuorũ ⁊ mortuorum
dederit ſententiã. Deniqꝫ huius ſancte vocationis tolerantia
ꝓ omnibus peccatis p̄cedentibus ſufficiens creditur peniten-
tia/quinimo ſi ꝑ poſſibile demõ aut etiam Judas humiliter et
integraliter ſacri ordinis obſeruantias cuſtodirent/ de eorum
ſalute finali nequaꝙ̄ deſperandũ videretur/vnde ⁊ iuxta chri-
ſti reuelationẽ/infallibileqꝫ promiſſum perſeuerantes in iſto
ordine ſub religioſa humilitate ⁊ obedientia infallibiliter ſal-
uabuntur/has veritates ſimileſqꝫ cõcluſiones apertis litteris
docent ſanctorũ monimẽta/⁊ inter cetera clariſſimus liber qui
exordium Ciſtercij inſcribitur/quarũ participes in hoc ſeculo
⁊ in alio religioſam hanc familiam ꝑ vniuerſa mundi climata
cõſtituta ~~participem~~ faciat pijſſimus dominus Jeſus ſue dul-
ciſſime matris precibus. Amen.

Carmen ritbmicũ in laudem Ciſtercij.

Gaude felix mater Ciſterciũ . firmamẽti ſpera ſtelligera.
Paradiſus lignorũ omniũ: quẽ diuina plantauit dextera.
Fons erũpens in quadrifluuiũ: quo virtutũ rigant olera.
Te fundauit virgo ꝑpetua: trinitatis ſactum triclinium.

Arca noe cõtra diluuiũ: ſaluandorũ altior camera.
Tu columba deferens foliũ: oliuarũ pacis ſignifera.
Scala Jacob viſa ꝑ ſomniũ: penitẽtes mittis ad ethera.
Caritatis diſpergens munera: ſaccus ciphi. Joſeph peculiũ.

Rubus ardens monſtrans ꝓdigiũ: caſtitatis vires ꝑ opera.
Virga ducis dans mare preuiũ: vita forti trãſcendens aſpera
Tu colũna ductrix fideliũ: ꝑ deſertũ ad montis ſupera.
Teſtamenta dans arca federa: eleuatus clipeus fortiũ.

Vellus rore complutũ nubiũ pietatis exprimis vbera.
Fons maxille dans refrigeriũ : lectionis frequẽtio littera
Funda Dauid ꝑ Jeiuniũ: hoſtem frangens in carne tenera.
Sic ciſterna Bethleem viſcera reficiens pie precantiũ.

Virgo fouens regale ſericũ languidorũ releuans onera.
Tu regine Saba cõuiuiũ: contẽplando ſubintras ꝓpera.
Thronus regis tu ſanctuariũ: tu altare expians ſcelera.
Currus ignis quẽ fert in aera: metus ⁊ ſpes dolor ⁊ gaudiũ.

Cedrus montis hyſopus valliũ ſũma tenẽs: moderãs infera.
Aquas ſciudens Helye palliũ: mala ſpernis eligẽs ꝓſpera.
Helyſei gratũ tuguriũ: in quo feſſus refouet latera.
Tu vas nouũ ſalis quo miſera: corruptio ſanat fontiũ.

Fons qui creuit in magnũ fluuiũ: tu es mater nr̃a ſic libera.
Tuus ordo Ciſterciensiũ / eſt in orbe ſol lux ⁊ ſydera.

Generale tuū collegium: ꝓ virtutū currens itinera.
Glorioſa virgo chriſtifera: ad ſalutis ꝑducas brauiū.
Amen

Opera ⁊ ipēſa Reuerēdiſſimi in chriſto p̄ris ⁊ dñi: dñi Johānis abbatis Ciſtercij ſacre theologie eximij ꝓfeſſoris: ad omnium ſui ſacratiſſimi ordinis filiorū conſolationem ⁊ ꝓfectum/ hoc opus pluriū ſummorū pontificum priuilegiorū/ quibꝰ dicius ſacer ordo Ciſterciēſ ampliſſime cōtra omnes iniurias ⁊ inſultus: priuilegiatus eſt ⁊ munitus: emēdatiſſime ⁊ integerrime impreſſum Diuione ꝑ magiſtrū Petrū Metlinger Alemānū. Anno dñi M.cccc.nonageſimoprimo.iiij. Nonas Julias.

Finit Feliciter.

F. Conradus Leontoriꝰ Mulbronn beniuolo lectori Sal.

Quiſquis es accipies iſtum qui forte libellum.
  Ordinis eximij quiſquis amator ades.
Per lege: que fuerant ignotis condita chartis:
  Lectaqꝫ continuo pectore voluē tuo.
Hic tuus ordo ſacer: p̄celſo munere fulget.
  Hic tua libertas: religionis honos.
Inuenies quantos pro te exhauſere labores.
  Qui tibi ſunt vera ſedulitate patres.
Si quis erit moueat qui forſan prelia: ⁊ atris
  Te premat inſidijs: armaqꝫ iniqua feret.
Excipe plumbatis celer hunc: ⁊ frangito bullis.
  Ne timeas: vinces: nam tibi iura fauent.
Aſpice pontifices ſūmos: regeſqꝫ duceſqꝫ
  Qui penitus preſtant libera colla tibi.
Vtere (quam longo tenuiſti temporis vſu)
  Libertate tua: ſubditꝰ vſqꝫ deo.
Et ſi iuſta precor: monituſqꝫ attendere noſtros
  Non dedigneris: que rogo pauca: tene.

Sit tibi ſecretum: retinet quodcūq; libellus
Iſte tuus: fugiat nec patiare ꝓcul.
Et quoſcunq; homines: quos nō Ciſtertius ordo
Contegit: euites parue libelle precor.
Nam tua ſi prodas alienis auribus: atq;
Lumina te videant lurida: nempe peris.
Quare age ſub tuto latebras hoc ordine querens
Nobiſcum ſemp̄ delituiſſe velis.
Sed tu qui legis hec. merita qua laude Iohannem
Ciſtercij abbatē concelebrare potes:
Ille etenī nulli ſacra virtute ſecundus:
Ordinis ⁊ diue religionis apex.
Is tibi: ſed ꝓprio confingens ere libellum:
Pontificum cartas innotuiſſe dedit.
Hunc tu perpetuo charum venerare parentem:
Et viuat memori ſemp̄ in ore tuo.

F. Conradus Leombergen.



INC
1533
ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO